rate per habitū ſacerdotis dicat. Malapunica tintīnabulis iū
gite: vt per omne qđ dicitis vnitatē fidei cauta obſeruatione
teneatis. Prouidendū quoq; eſt ſollicita intētiōe rectoribus vt
ab eis nō ſolū praua nullo modo: ſed ne recta quidē nimie &
inordinate ꝓferanť. quia ſepe dictorū virtus perdiť: cū apud
corda audientiū loquacitas incauta importunitate leuigať.
& auctorē ſuū hec eadem loquacitas inquinat:que ſeruire au
ditoribus ad vſum ꝓfectus ignorat. Vnde bene per moyſen
Leuiti.xv. dicitur. Vir qui fluxū ſeminis patitur immūdus erit. In mē
te quippe audientiū ſemen ſecuture cogitationis eſt qualitas
audite locutiōis. quia dū per aurē ſermo cōcipiť:cogitatio in
mēte generať. Vnde & ab hui9 mūdi predicator egregius ſe
Act.xvii. miuerbi9 eſt vocat9. Qui ergo fluxū ſeminis patitur immū-
dus aſſeriť. quia multiloquio ſubdit9 ex eo ſe inquinat. quod
ſi ordinate ꝓmeret: ꝓlem recte cogitationis edere in audiētiū
corda potuiſſet. dūq; incaut9 per loquacitatē defluit: non ad
vſum generis:ſed ad immundiciā ſemen fundit. Vnde pau
lus quoq; cum diſcipulū de inſtantia predicationis ammone
ii.Thi.iiii. ret dicit. Teſtificor corā deo & chriſto ieſu q iudicaturus eſt
viuos & mortuos & aduentū ipſius & regnū ei9. predica ver
bum. inſta oportune importune. dicturus importune p̄miſit
oportune. quia ſcilicet apud auditoris mentē ipſa ſua vtilita
te ſe deſtruit: ſi habere importunitas oportunitatē neſcit.

Vt rector ſit ſingulis cōpaſſione ꝓximus: pre cunctis contemplatione ſuſpenſus. CAPI. XVI.

Sit rector ſingulis cōpaſſione ꝓximus: pre cūctis cōtemplatione ſuſpenſus. vt per pietatis viſcera in ſe infirmitatē ceterorū transferat: & per ſpeculatiōis altitudinē ſemetipſum quoq; inuiſibilia appetēdo trāſcēdat. ne aut alta petēs ꝓximorꝫ infima deſpiciat: aut infimis ꝓximorū cōgruens appetere alta derelinquat. Hinc eſt nāq; ꝙ paulus in paradiſum ducitꝰ: celiq; tertii ſecreta rimatꝰ. & tamen ille inuiſibiliū contēplatione ſuſpenſus ad cubile carnaliū aciem mētis reuocat atq; in occultis ſuis qualiter debeant cōuerſari diſpēſat: dicēs Propter fornicationē autē vnuſquiſq; ſuam vxorē habeat. & vnaqueq; ſuū virū habeat. Vxori vir debitū reddat. ſimiliter autē & vxor viro. Et paulopoſt. Nolite fraudare inuicē: niſi forte ex conſenſu ad tēpus. vt vacetis orationi. Et iterum. reuertimini in idipm. Ecce iam celeſtibꝰ ſecretis inſeritur: & tamen per cōdeſcenſionis viſcera carnaliū cubile perſcrutatꝰ. & quē ſubleuatus ad inuiſibilia erigit: hunc miſeratus ad ſecreta infirmantiū oculum cordis flectit. Celum cōtemplatione tranſcendit: nec tamen ſtatū carnaliū ſollicitudine deſerunt. quia cōpage charitatis ſummis ſimul & infimis iunctus: & in ſemetipſo virtute ſpiritus ad alta valēte rapitur. & pietate in aliis equanimiter infirmatꝰ. Hinc etenim dicit. Quis infirmatur & ego nō infirmor? Quis ſcādalizatur & ego non vror? Hinc rurſus ait. Factus ſum iudeis tanq̄ iudeꝰ. Quod videlicet exhibeat non amittendo fidē: ſed oſtendendo pietatem. vt in ſe perſonam infideliū tranſfigurans ex ſemetipſo diſceret qualiter aliis miſereri debuiſſet: quatinꝰ hoc illis impenderet quod ſibiipſi ſi ita eſſet impēdi recte voluiſſet. Hinc iterū dicit. Siue mente excedimꝰ deo ſiue ſobrii ſumus nobis. quia & ſemetipſum nouerat contēplando tranſcendere: & eūdem ſe auditoribus cōdeſcēdendo temperare. Hinc iacob domino deſup innitēte & vncto deorſum lapide aſcēdentes angelos ac deſcēdētes vidit. quia ſcilicet predicatores ſancti nō ſolū ſurſum ſanctū caput eccleſie videlicet dn̄m contēplando appetunt: ſed deorſum quoq; ad membra illius miſerādo de-

ii. Corꝫ. x.
i. Corin. vii
Ibidem
ii. Corꝫ. xi.
i. Cor. ix.
ii. Cor. v.
gen̄. xxviii

ſcendunt. Hinc moyſes crebro tabernaculum intrat & exit & qui intus in contēplationē rapitur: foris infirmātiū negociis vrgetur. Intus dei archana cōſiderat: foris onera carnalium portat. Qui de rebus quoqꝫ dubiis ſemper ad tabernaculū recurrit. corā teſtamenti archa dominū conſulit: exemplū proculdubio rectoribus prebens. vt cū foris ambigūt quod diſponant: ad mentē ſemper quaſi ad tabernaculū redeāt: & velut corā teſtamēti archa dominū conſulāt/ ſi de his in quibus dubitant apud ſemetipſos intus ſacri eloquii paginas requirāt

Luce.vi. Hinc ipſa veritas ꝑ ſuſceptionē noſtre humanitatis oſtenſa: nobis in mōte orationi inheret. miracula in vrbibus exercet: imitationis videlicet viā bonis rectoribus ſternens. vt & ſi iā ſumma contēplando appetunt: neceſſitatibus tñ infirmantū compatiēdo miſceant̃. quia tunc ad alta charitas mirabiliter ſurgit: cū ad ima ꝓximorū ſe miſericorditer attrahit. & cum benigne deſcendit ad infima: valēter recurrit ad ſumma. Tales autē ſeſe qui preſunt exhibeāt: qbus ſubiecti occulta quoqꝫ ſua prodere non erubeſcāt. vt cum tentationū fluctus paruuli tolerāt: ad paſtoris mentē quaſi ad matris ſinū recurrāt & hoc quod ſe inquinari pulſantis culpe ſordibus preuident exhortationis eius ſolacio ac lachrymis oratiōis lauent. Vnde & ante fores templi ad abluendas ingredientiū manꝰ mare eneū ideſt luterē duodecim boues portāt. q quidē facie exterius eminent: ſed ex poſterioribus latent. Quid nanqꝫ duodecim bobus: niſi vniuerſus paſtorū ordo ſignatur? De quibꝰ

i. Corꝫ. ix. paulo differente lex dicit. Non obturabis os boui trituranti

i. Thi. v. Quorū quidē nos aperta opera cernimus: ſed apud diſtrictū iudicē que illis poſterius maneant in occulta retributione neſcimus. Qui tamen cū condeſcēſionis fide patientiā diluendis ꝓximorū cōfeſſionibus preparant: velut ante fores templi luterē portant. vt quiſquis intrare eternitatis ianuā nititur: tentatiōes ſuas menti paſtoris indicet. & quaſi in boū lutere cogitatiōis vel operis manus lauet. Et fit plerūqꝫ: vt dū rectoris animus aliena tentamēta cōdeſcēdēdo cognoſcit auditis tētationibꝰ etiā ipſe pulſatur. quia & hec eadē per quam populi multitudo diluit̃: aqua ꝓculdubio luteris inquinatur: nam dū ſordes diluētiū ſuſcipit: quaſi ſue mūdicie ſerenita-

tem perdit. Sed hec nequaq̄ paſtori timēda ſunt. quia deo ſub tiliter cūcta diſpēſante/tanto facili⁹ a ſua eripit̄: quāto miſe ricordius ex aliena tentatione fatigatur.

Vt ſit rector bene agentibus per humilitatē ſocius: cōtra delinquentiū vitia ꝑ zelū iuſticie erectus. CAPI. XVII.

SIt rector bene agentibus per humilitatē ſocius. contra delinquētiū vitia per zelū iuſticie erectus: vt & bon⁹ in nullo ſe ꝓferat. & cū prauoꝝ culpa exigit: poteſtatē protinus ſui prioratus agnoſcat. quatin⁹ & honore ſuppreſſo equalē ſe ſubditis bene viuētib⁹ putet. & erga peruerſos iura rectitudi nis exercere non formidet. Nam ſicut in libris moralibus di xiſſe me memini: liquet ꝙ oēs hoīes natura equales genuit: ſed variāte meritorū ordine alios aliis culpa poſtponit. Ipſa aūt diuerſitas que acceſſit ex vitio diuino iudicio diſpenſat̄. vt quia oīs homo eque ſtare non valet: alter regat̄ ab altero. Vnde cuncti qui preſunt nō in ſe poteſtatē debēt ordinis: ſed equalitatē pēſare cōditiōis. nec p̄eſſe hoībus gaudeāt: ſed pro deſſe. Antiqui etenī patres noſtri non reges hoīm: ſed paſto res pecorū fuiſſe memorant̄. Et cū noe dn̄s filiiſq; ei⁹ bn̄dice ret dicēs. Creſcite & multiplicamini & replete terrā. Protin⁹ Geñ. ix. adiūxit. Et terror veſter ac tremor ſit ſup cūcta aīantia terre Quorū videlicet terror ac tremor quia eſſe ſup aīantia terre precipit̄: ꝑfecto eſſe ſup hoīes ꝓhibet̄. Homo quippe brutis aīalibus: nō aūt hoībus ceteris natura ꝑlatus eſt. & idcirco ei dicit̄: vt ab animalib⁹ & nō ab hoībus timeatur. quia contra naturā ſupbire eſt ab equali velle timeri. Et tamē neceſſe eſt vt rectores a ſubditis timeātur/ quādo ab eis deū minime ti meri deprehendūt. vt humana ſaltē formidine peccare me tuant qui diuina iudicia non formidāt. Nequaq̄ nāq; prepo ſiti ex hoc queſito timore ſupbiunt/in quo non ſuā gloriā: ſed ſubditorū iuſticiā querūt. In eo enī ꝙ metū ſibi a peruerſe vi uentibus exigunt/quaſi nō hoībus: ſed animalib⁹ dominat̄. quia videlicet ex qua parte beſtiales ſunt ſubditi: ex ea debent etiā formidine iacere ſubſtrati. Sed plerūq; rector eoipſo quo ceteris preeminet: elatiōe cogitatiōis intumeſcit. Et dum ad

vſum cūcta ſubiacēt.dū ad votū velociter iuſſa cōplentur.dū
oēs ſubditi ſi qua bene geſta ſunt laudib⁹ efferūt:male geſtis
aūt nulla auctoritate ꝯtradicūt. dū plerumq laudant etiā qđ
reprobare debuerūt: ſeduct⁹ ab his que infra ſuppetunt/ſup
ſe animus tollitur.& dum foris immēſo fauore circūdatur:in
tus veritate vacuatur.atq oblitus ſui in voces ſe ſpergit alie
nas.taleq ſe credit: qualem ſe foris audit/non qualem intus
diſcernere debuit. Subiectos deſpicit: eoſq equales ſibi natu
re origine nō agnoſcit:& quos ſorte poteſtatis exceſſerit.trāſ
cēdiſſe ſe etiam vite meritis credit. Cūctis ſe eſtimat ampli⁹
ſapere:quib⁹ ſe videt āpli⁹ poſſe. In quodā quippe ſe ꝯſtituit
culmine apud ſemetipſum. & qui equa ceteris nature cōditi
one ꝯſtrigit̄: ex equo reſpicere ceteros dedignat̄. Sicq ad ei⁹
Iob.xl. ſimilitudinē ducit̄.de quo ſcriptū ē. Omne ſublime videt.&
ipē ē rex ſup vniuerſos filios ſuperbie.Qui ſingulare culmē
Eſa.xiiii. appetēs:& ſocialē āgeloꝝ vitā deſpiciens ait.Ponā ſedē meā
ad aquilonē:& ero ſilis altiſſimo. Miro ergo iudicio int⁹ fo-
ueā deiectiōis inuenit:dū foriſſe in culmine poteſtatis extol
lit. Apoſtate qppe āgelo ſimilis efficit̄: dū homo hoīb⁹ eſſe ſi
milis dedignat̄.Sic ſaul poſt hūilitatis meritū ī tumorē ſup
bie in culmine poteſtatis excreuit.per humilitatē quippe pla
i.Reg.v. tus ē: per ſuperbiā reprobat⁹/dn̄o atteſtāte qui ait. Nōne cū
eſſes puul⁹ in oculis tuis caput te conſtitui in tribub⁹ iſrael.
Paruulū ſe in ſuis pri⁹ oculis viderat:ſed fult⁹ temporali po
tētia iā ſe paruulū nō videbat. Ceteroꝝ nāq comparatiōe ſe
pferens. quia plus cūctis poterat: magnū ſe pre omībus eſti
mabat.Miro autē modo cū apud ſe puul⁹:apud deū magn⁹.
cū vero apud ſe magn⁹ apparuit:apud deū paruul⁹ fuit.¶Ple
rūq ergo dū ex ſubiectoꝝ affluentia anim⁹ inflat̄:in fluxum
ſuperbie ipſo potētie faſtidio lenocināte corrūpitur. Quam
videlicet potētiam bene regit qui & tenere illam nouerit &
impugnare. Bene hanc regit qui ſcit per illam ſuper culpas
erigi. ſcit cū illa ceteris equalitate cōponi. Humana etenim
mēs plerūq extollitur:etiam cū nulla poteſtate fulcit̄. quāto
magis in altū ſe erigit: cū ſe ei etiā poteſtas adiūgit. Quā ta
men poteſtatē recte diſpēſat/q ſollicite nouerit & aſſumere
ex illa qđ adiuuat. & expugnare qđ tētat. & eq̄lē ſe cū illa ce

teris cernere.& tñ ſe peccãtib⁹ zelo vltiõis ãteferre. Sed hanc
diſcretionem plenius agnoſcimus: ſi paſtoris primi exem-
pla cernamus. Petrus nanq; auctore deo ſancte eccleſie prin
cipatũ tenẽs: a bene agente cornelio/& ſeſe ei humiliter pro
ſternẽte: immoderatius venerari recuſauit. ſeq; ei ſimilem re
cognouit: dicẽs. Surge ne feceris: & ipſe ego homo ſum. Sed Act.x.
cũ ananye & ſaphire culpam repperit: mox quãta potẽtia ſu Act.v.
per eos excreuiſſet oſtendit. Verbo nãq; corꝝ vitam ꝑtulit:
quam ſpiritu perſcrutãte deprehendit. & ſummũ ſe intra ec-
cleſiam contra peccata recoluit/ quod honore ſibi vehemen
ter impenſo: corã bene agẽtibus fratribus non agnouit. Illic
communionẽ equalitatis meruit ſanctitas actiõis: hic zelus
vltionis ius aperuit poteſtatis. Paulus bene agẽtibus fratri
bus prelatum ſe eſſe neſciebat cũ diceret. Non quia dñamur ii.Corꝝ.i.
fidei veſtre: ſed adiutores ſumus gaudii veſtri. Atq; illico ad
iunxit. Fide enĩ ſtatis. Ac ſi id qđ protulerat aperiret dicens.
Ideo nõ dominamur fidei veſtre: quia fide ſtatis. equales enĩ
vobis ſum⁹ in quo vos ſtare cognoſcimus. Quaſi prelatũ ſe
fratribus eſſe neſciebat: cũ diceret. Facti ſumus ſicut paruuli i.Theſ.ii.
in medio veſtrũ. Et rurſum. Nos aũt ſerui veſtri p xp̃m. Sed ii.Corꝝ.iiii.
cũ culpã que corrigi debuiſſet inuenit ilico magiſtrũ ſe eſſe re
coluit dicens. Quid vultis. in virga veniã ad vos. Summus i.Cori.iiii.
itaq; locus bene regiẗ cũ his qui preeſt vitiis potius q̃ fratri-
bus dñatur. Sed dũ delinquẽtes ſubditos ꝑpoſiti corrigũt: re
ſtat. neceſſe eſt vt ſolliciti attendant quatinus p diſcipline de
bitũ: culpas qdẽ iure poteſtatis feriãt: ſed p humilitatis cuſto
diã equales ſeipſis fratrib⁹ q corriguntẗ agnoſcãt. q̃uis plerũ-
q; etiã dignũ eſt: vt eoſdẽ quos corrigim⁹ tacita nobis cogita
tione ꝑferamus. Illorũ nãq; p nos vitia diſcipline vigore feri
untur. in his vero que ipſi cõmittim⁹ ne verbi qdẽ ab aliquo
inuectiõe laceramur. Tãto ergo apud dñm obligatiores ſu
mus quãto apud hoĩes inulte peccam⁹. Diſciplina aũt noſtra
ſubditos diuino iudicio tanto liberiores reddit: quãto hic eo
rũ culpas ſine vindicta nõ deſerit. Seruãda itaq; eſt & in corde
humilitas: & ĩ ope diſciplina. Atq; inter hec ſolerter intuẽdũ
eſt. ne dũ immoderati⁹ cuſtodiẗ virt⁹ hũilitatis: ſoluanẗ iura
regimĩs. & dũ ꝑlat⁹ qſq; plus ſe q̃ decet deiicit: ſubditorꝝ vitã

ſtringere ſub diſciplinevinculo non poſſit. Teneant ergo re-
ctores exterius qđ pro alioꝝ vtilitate ſuſcipiunt. ſeruent inte
rius qđ de ſua eſtimatiōe ꝑtimeſcūt. Sed tamē quibuſdam ſi
gnis decenter erūpentibꝰ eos apud ſe eſſe humiles etiā ſubie
cti deprehēdāt. quatinꝰ & in auctoritate eoꝝ qđ formidēt vi
deāt: & humilitate qđ imitētur agnoſcāt. Studeant igiť ſine
intermiſſiōe qui preſūt: vt eoꝝ potētia quāto magna exteriꝰ
cerniť. tāto apud eos interiꝰ deprimať. ne cogitatiōem vīcat.
ne in delectatiōem ſui animū rapiat. ne iā ſub ſe mēs eā rege
re nō poſſit: cui ſe libidine dominādi ſupponit. Ne enim ꝑſi
dētis animꝰ ad elatiōem poteſtatis ſue delectatiōe rapiať: re
Eccle.xxxi. cte per quedā ſapientē diciť. Ducē te ꝯſtituerunt. noli extolli:
i.Peť.v. ſed eſto in illis quaſi vnus ex illis. Hinc etiā petrꝰ ait. Non do
minātes in clero: ſed forma facti gregis. Hinc per ſemetipſū
Matthei.x veritas ad altiora nos virtutū merita ꝓuocās dicit. Scitis qa
principes gētiū dn̄antur eoꝝ. & qui maiores ſūt poteſtatē ex
ercēt in eos. nō ita erit inter vos. ſed quicūq; voluerit inť vos
maior fieri: fiat ſicut miniſter. & qui voluerit inter vos primꝰ
eſſe: erit veſter ſeruꝰ. ſicut filiꝰ hominis non venit miniſtrari
ſed miniſtrare. Hinc eſt ꝙ ſeruū ex ſuſcepto regimine elatū:
Mať.xxiiii que poſt ſupplicia maneant indicat dicens. Qui ſi dixerit ma
lus ille ſeruꝰ in corde ſuo: morā facit dominꝰ meus venire: &
ceperit percutere cōſeruos ſuos. manducet autē & bibat cum
Ibidem ebrietate. veniet dn̄s ſerui illiꝰ in die qua non ſperat. & hora
qua ignorat. & diuidet eum. partemq; eius ponet cum hypo
critis. Inter hypocritas enim iure deputatur: qui ex ſimulati
one diſcipline miniſteriū regiminis vertit in vſum domina
tionis. & tamen nōnūq̄ grauius delinquiť: ſi inter peruerſos
i.Re.ii. plus eq̄litas q̄ diſciplina cuſtodiť. Quia eni falſa pietate ſuꝑ
atꝰferire hely delinquētes filios noluit: apud diſtrictū iudicē
ſemetipſum cum filiis crudeli damnatione percuſſit. Hinc
Ibidem nanq; diuina voce ei dicitur. Honoraſti filios tuos magis q̄
Ezechielis me. Hinc paſtores increpat per prophetā dicēs. Qđ fractū
xxxiiii. eſt nō alligaſtis & qđ abiectū fuerat: non reduxiſtis. Abie
ctus enī reduciť: cū quiſq; in culpa lapſus ad ſtatū iuſticie ex
paſtoralis ſollicitudīs vigore reuocať. Fracturā vero ligamē
aſtringit: cū culpam diſciplina deprimit. ne plaga vſq; ad in-

teritũ defluat: ſi hanc diſcretionis ſeueritas nõ coartat. Sed ſe
pe deterius frangitur: cũ fractura incaute colligaɫ. ita vt gra
uius ſciſſurã ſentiat: ſi hãc ĩmoderati⁹ ligamẽta conſtringãt.
Vnde neceſſe eſt vt cũ peccati ſe vuln⁹ in ſubditis corrigẽdo
reſtringiɫ: magna ſollicitudine etiã diſtrictor ipſe modereɫ.
quatinus ſic iura diſcipline cõtra delinquẽtes exerceat: vt pie
tatis viſcera nõ amittat. Curãdũ qppe eſt vt rector ſe ſubditis
& matrẽ pietatis & patrẽ exhibeat diſcipline. Atqꝫ inter hec
ſollicita circũſpectione ꝓuidendũ. ne aut diſtrictio rigida aut
pietas ſit remiſſa. Nã ſicut in libris moralib⁹ iam dixim⁹ di-
ſciplina vel miſericordia multũ deſtituiɫ: ſi vna ſine altera te
neaɫ. Sed erga ſubditos ſuos ineſſe rectoribus debet & iuſte
cõſolãs miſericordia: & pie ſeuiẽs diſciplina. Hinc nãqꝫ eſt ꝙ
docẽte veritate ꝑ ſamaritani ſtudiũ ſemiuiu⁹ in ſtabulũ duci Luce. x.
tur: & vinũ atqꝫ oleũ ei⁹ vulnerib⁹ adhibeɫ. vt ꝑ vinũ ſcilicet
mordeanɫ vulnera: ꝑ oleũ foueanɫ. Neceſſe qppe eſt vt quiſ-
qs ſanãdis vulnerib⁹ preeſt: ĩ vino morſũ doloris adhibeat: in
oleo molliciẽ pietatis. quatin⁹ per vinũ mũdẽtur putrida: per
oleũ foueãtur ſanãda. Miſcẽda ergo eſt lenitas cũ ſeueritate
faciendũ quoddã tẽperamentũ ex vtroqꝫ. vt neqꝫ multa aſpe
ritate exulcerenɫ ſubditi: neqꝫ nimia benignitate ſoluantur.
Quod iuxta pauli vocẽ bñ illa tabernaculi archa ſignificat.
in qua cũ tabulis virga ſimul & mãna eſt. qa cũ ſcripture ſa-
cre ſciẽtia in boni rectoris pectore ſi eſt virga diſtrictionis: ſit
& mãna dulcedinis. Hĩc dauid ait. Virga tua & baculus tu Pſal. xxii.
us: ipſa me cõſolata ſunt. Virga eñi ꝑcutimur: baculo ſuſtẽ
tamur. Si ergo eſt diſtrictio virge q̃ feriat: ſit & conſolatio ba
culi qui ſuſtẽtet. Sit itaqꝫ amor: ſed nõ emolliẽs. ſit vigor: ſed
nõ exaſperãs. ſit zelus: ſed nõ ĩmoderate ſeuiẽs. ſit pietas: ſed
non pluſq̃ expediat parcẽs. vt dũ ſe in arce regiminis iuſticia
clemẽtiaqꝫ ꝑmiſceãt: is qui p̃eſt corda ſubditoꝝ & terrẽdo de
mulceat: & tamen terroris reuerentiã demulcẽdo ꝯſtringat.

## Vt ſit rector internoꝝ curam in exteriorũ occupatione non minuens: exteriorũ prouidentiã in internorũ ſollicitudine non relinquens. CAPI. XVIII.

SIt rector internorū curā in exteriorū occupatiōe nō mi
nuens: exteriorū ꝓuidentiā internoꝝ occupatione non
relinquēs. ne aut exteriorib⁹ deditus ab intimis corruat: aut
ſolis interiorib⁹ occupatus que foris debet ꝓximis nō impen
dat. Sepe nāqꝫ nōnulli velut obliti ꝙ fratrib⁹ animarū cauſa
prelati ſūt: toto cordis aniſum ſecularib⁹ curis inſeruiūt. has
(cū aſſunt) ſe agere exultāt. ad has etiā cū deſunt dieb⁹ ac no
ctibus: cogitatiōis turbide eſtib⁹ anhelāt. Cūqꝫ ab his ceſſan
te forſitan oportunitate quieti ſunt: ipſa deteri⁹ ſua quiete fa
tigātur. Voluptatē nāqꝫ cēſent: ſi actionib⁹ deprimūtur. labo
rem deputant: ſi in terrenis negociis non laborāt. Sicqꝫ fit. vt
dū vrgeri ſe mūdanis tumultib⁹ gaudēt: interna que alios do
cere debuerāt ignorāt. Vnde ſubiectorū quoqꝫ ꝓculdubio vi
ta torpeſcit. qā cū ꝓficere ſpiritualiter ſibi appetit: in exēplo
ei⁹ qui p̄latus eſt quaſi in obſtaculo itineris offendit. Languē
te enī capite: incaſſum mēbra vigēt. & in exploratione hoſtiū
fruſtra exercitus velociter ſequit̄: ſi ab ip̄o duce itineris errat̄.
Nulla ſubditorū mentes exhortatio ſubleuat: eorūqꝫ culpas
increpatio nulla caſtigat. qa dū p aīarū preſulē terreni exer-
cetur officiū iudicis: a gregis cuſtodia vacat cura paſtoris: &
ſubiecti veritatis lumen apphēdere nequeūt. qa dū paſtoris
ſenſus terrena ſtudia occupāt: vēto tētationis impulſus eccle
ſie oculos pulnis cecat. Quo ꝯtra recte humani generis redē
Luce.xxi. ptor cū nos a vētris voracitate cōpeſceret: ait. Attēdite autē
vobis vt nō grauētur corda veſtra in crapula & ebrietate: ili
co adiūxit: & in curis hui⁹ vite. Vbi pauorē quoqꝫ ꝓtinus in
tēte adiiciēs. ne forte ſupueniat in vos repētina dies illa. Cu
ius aduētus etiā qualitatē denūciat dicēs. Tanq̄ laqueus enī
ſuperueniet in oēs qui ſedent ſup faciē omnis terre. Hinc ite
Luce.xvi. rum dicit. Nemo poteſt duob⁹ dominis ſeruire. ¶Hinc pau
lus religioſorū mentes a mundi cōſorcio conteſtando: ac po
ii.Thi.ii. tius cōueniendo ſuſpendit dicens. Nemo militās deo impli-
cat ſe negociis ſecularibus. vt ei placeat cui ſe probauit. Hinc
eccleſie rectoribus & vacādi ſtudia precipit: & cōſolādi reme
i.Coꝝ.vi. dia oſtendit dicens. Secularia igitur iudicia ſi habueritis cō-
temptibiles qui ſunt in eccleſia: illos cōſtituite ad iudicandū.
vt ipſi videlicet diſpenſationibus terrenis inſeruiant: quos ſpi

ritalia nō exornant. Ac ſi apertius dicat. Quia penetrare in
tima nequeūt: ſaltē neceſſaria foris operenť. ¶ Hinc moyſes Exo.xviii.
qui cū deo loquiť: retro alienigene reprehēſione iudicatur. ꝙ
terrenis populoꝝ negociis ſtulto labore deſeruiat: cui & con
ſiliū mox prebet/ vt pro ſe alios ad iurgia dirimēda cōſtituat:
& ipſe liberius ad erudiendos populos ſpiritaliū archana co
gnoſcat. A ſubditis ergo īferiora gerēda ſūt: a rectorib⁹ ſum
ma cogitanda. vt ſcilicet oculū qui prouidēdis greſſibus pre
eminet: cura pulueris nō obſcuret. Caput nāq; ſubiectorū ſūt
cuncti qui preſunt. & vt recta valeāt pedes itinera carpere: ꝓ
culdubio caput debet ex alto ꝓuidere. ne a ꝓfectus ſui itinere
pedes torpeant: cū curuata rectitudine corporis caput ſeſe ad
terrā declinet. Qua aūt mente animarū preſul honore paſto
rali inter ceteros vtitur: ſi in terrenis negociis que repreben
dere in alios debuit & ipſe verſať? Quod videlicet ex ira iu
ſte retributionis per ꝓphetā dn̄s minať dicēs. Et erit ſicut po Oſee.iiii.
pulus ſic ſacerdos. Sacerdos quippe eſt vt populus: quādo ea
agit is qui ſpiritali officio fungiť/ que illi nimirū faciunt qui
adhuc de ſtudiis carnalibus iudicātur. Quod cū magno do-
lore ſcilicet charitatis hieremias propheta conſpiciens: quaſi
ſub deſtructione templi deplorat dicens. Quomodo obſcura Treñ.iiii.
tum eſt aurū mutatus eſt color optim⁹. diſperſi ſunt lapides
ſanctuarii in capite omniū plateariī. Quid nāq; auro qđ me
tallis ceteris ꝑeminet: niſi excellentia ſanctitatis? Quid co-
lore optimo: niſi cunctis amabilis reuerētia religionis expri
mitur? Quid per ſanctuarii lapides: niſi ſacroꝝ ordinū perſo
ne figurantur? Quid plateariī nomine: niſi preſentis vite la
titudo ſignatur? Quia enim greco eloquio plathos latitudo
diciť: ꝓfecto a latitudine platee ſunt vocate/ per ſemetipſam
veritas dicit. Lata & ſpatioſa via eſt que ducit ad perditionē Math. vii.
Aurū igitur obſcurať cum terrenis actibus ſanctitatis vita
polluitur. Color optimus cōmutatur cum quorūdam qui de
gere religioſe credebanť eſtimatio anteacta minuiť. Nam cū
quilibet poſt ſanctitatis habitū terrenis ſe actib⁹ inſerit: quaſi
colore ꝑmutato ante humanos oculos eius reuerentia deſpe
cta palleſcit. Sāctuarii quoq; lapides in plateas diſpergunť:
cum cauſarum ſecularium foras lata itinera expetūt. hi qui

ad ornamētū eccleſie internis myſteriis quaſi in ſecretis ſan
ctuariū vocare debuerūt. Ad hoc qppe ſanctuarii lapides fie
bāt: vt intra ſancta ſctōꝝ in veſtimēto ſummi ſacerdotis ap-
parerēt. Cū vero miniſtri religiōis a ſubditis honorē redēpto
ris ſui ex merito vite nō exigunt ſanctuarii lapides in orna
mēto pōtificis nō ſunt. Qui nimirū ſanctuarii lapides diſpſi
per plateas iacent: cū pſone ſacrorū ordinū voluptatū ſuarū
latitudini dedite terrenis negociis inherēt. ¶Et notandū ꝙ
nō hos diſperſos in plateis: ſed ī capite platearū dicit. qa & cū
terrena agūt ſummi videri appetūt. vt & lata itinera teneāt
ex voluptate delectatiōis: & tamen in platearū ſint capite ex
honore ſctītatis. Nihil quoqꝫ obſtat ſi ſanctuarii lapides eoſ-
dē ipſos quib⁹ cōſtructū ſanctuariū exiſtebat accipimus: qui
diſperſi in platearū capite iacent: qn̄ ſacrorū ordinū viri terre
nis actibus ex deſiderio inſeruiūt: ex quorū prius officio ſan
ctitatis gloria ſtare videbať. Secularia itaqꝫ negocia aliqn̄ ex
cōpaſſione tolerāda ſunt: nunq̄ vero ex amore requirēda. ne
cū mentē diligētis aggrauāt: hāc ſuo victā pōdere ad ima de
celeſtib⁹ immergāt. At contra ſunt nōnulli qui gregis quidē
curā ſuſcipiūt: ſed ſic ſibi vacare ad ſpiritalia appetūt: vt reb⁹
exteriorib⁹ nullatenus occupētur. Qui cū curare corporalia
funditus negligūt: ſubditorū neceſſitatib⁹ minime cōcurrūt
Quorū nimirū predicatio plerūqꝫ deſpiciť. quia dū delinquē
tiū facta corripiūt: ſed tamen eis neceſſaria vite preſentis nō
tribuūt: nequaq̄ libēter audiunť. Egētis etenī mētē doctrine
ſermo nō penetrat: ſi hūc apud ei⁹ animū man⁹ miſericordie
non cōmendat. Tūc aūt verbi ſemen facile germinat: qn̄ hoc
in audientis pectore pietas p̄dicantis rigat. Vnde rectori ne
ceſſe eſt: vt interiora poſſit infundere: cogitatiōe innoxia etiā
exteriora p̄uidere. Sic itaqꝫ paſtores erga interiora ſtudia ſub
ditorū ſuorum ferueāt: quatinus in eis exterioris quoqꝫ vite
p̄uidentiā nō relinquāt. Nam quaſi iure vt dixim⁹ a pcipien
da p̄dicatione gregis anim⁹ frāgiť: ſi cura exterioris ſubſidii
a paſtore negligať. Vnde & prim⁹ paſtor ſollicite ammonet
i.Pet.v. dicēs. Seniores q in vobis ſunt obſecro cōſenior & teſtis xp̄i
paſſionū qui & ei⁹ que in futuro reuelāda eſt glorie cōmuni-
cator: paſcite q in vobis eſt gregē dei. Qui hoc in loco vtrum

paſſionē cordis an corporis ſuaderet aperuit: cū protin⁹ ſub iunxit. prouidētes non coacte: ſed ſpontanee ſecundū deum. neq turpis lucri grā ſed volūtarie. Quib⁹ pfecto verbis pa ſtorib⁹ pie pcauet: ne dū ſubiectorꝫ inopiam nimie ſatiāt: ſe mucrone ambitiōis occidāt. ne cū p eos carnis ſubſidiis refi ciātur pximi: ipſi remaneāt a iuſticie pane ieiuni. Hāc paſto rū ſollicitudinē paul⁹ excitat: dicens. Qui ſuorꝫ & maxīe do mesticorꝫ curā nō habet fidē negauit: & eſt īfideli deterior. i. Thi. v.
Inter hec itaq metuēdū ſemp ē & vigilāter intuēdū. ne dum cura ab eis exterior agit: ab interna intētione mergant. Ple rūq enim vt pdixim⁹: corda rectorꝫ dū tēporali ſollicitudini incaute deſeruiūt: ab intimo amore refrigeſcūt: & foras fuſi obliuiſci nō metuūt. quia aīarū regimina ſuſceperūt. Sol licitudo ergo q ſubditis exterius impendit: ſub certa neceſſe eſt menſura teneat. Vnde bñ ad ezechielē dicit. Sacerdotes Eze. xliiii. caput ſuū nō radāt neq comā nutriāt: ſed tōdētes attōdeant capita ſua. Sacerdotes nāq iure vocati ſūt: q vt ſacrū ducatū pbeāt fidelib⁹ pſūt. Capilli vero ī capite exteriores ſūt cogita tiōes ī mēte. Qui dū ſup cerebrū inſēſibiliter oriūtur: curas vite pſētis expmūt. que ex ſenſu negligēti qa īportune aliqñ pdeūt: quaſi nobis nō ſentiētib⁹ pcedūt. Quia igit cūcti qui pſunt: habere quidē ſollicitudines exteriores debēt nec tñ ve hemēter eis incūbere: ſacerdotes recte & caput phibent rade re & comā nutrire. vt cogitatiōes carnis de vita ſubditorꝫ nec a ſe funditus amputēt: nec rurſum ad creſcendum nimis re laxēt. Vbi & bñ dicit. tōdētes tōdeāt capita ſua. vt videlicet cure tpalis ſollicitudinis & quātū neceſſe ē puideāt: & tñ re ſecet citi⁹ ne īmoderati⁹ excreſcāt. Dū igit & p āminiſtratā exteriorē puidētiā corporꝫ vita ptegit. & rurſus p īmodera tā carnis intētionē nō impedit: capilli in capite ſacerdotis & ſeruātur vt cutē cooperiant: & reſecantur ne oculos claudāt.

## Ne placere rector ſuo ſtudio hominib⁹ appetat: ſed tñ ad quid placere debeat intendat. CAPI. XIX.

INter hec quoq neceſſe eſt vt rector ſollerter inuigilet ne hunc cupido placendi hominib⁹ pulſet. ne cū ſtudio

ſe interiora penetrãt/cũ ꝓuide exteriora ſubminiſtrat:ſe ma gis a ſubditis diligi q̃ veritatẽ querat. ne cũ bonis actibus ful tus a mũdo videt̃ alien⁹: hunc auctori reddat extraneũ amor ſuus. Hoſtis nãq; redẽptoris eſt qui per recta opera que facit eius vite ab eccleſia amari cõcupiſcit. qa adulterine cogitati onis eſt reus: ſi placere puer ſpõſe oculis appetit per quẽ ſpõ ſus dona trãſmiſit. Quia nimirũ amor ꝓprius cum rectoris mẽtẽ ceperit: aliqñ hãc inordinate ad molliciẽ: aliqñ vero ad aſperitatẽ rapit. Ex amore etenim ſuo mẽs rectoris in molli ciem vertitur. qa cum peccãtes ſubditos reſpicit: ne erga hũc eorũ dilectio torpeat: corripere non preſumit. nonnunq̃ vero errata ſubditorum que increpare debuerat adulatiõe demul

Eze. xiii. cet. Vnde bene per prophetam dicitur. Ve his qui conſuunt pululillos ſub omni cubito manus. & faciũt ceruicalia ſub ca pite vniuerſe etatis ad capiendas animas. Pululillos quippe ſub omni cubito man⁹ ponere eſt cadentes a ſua rectitudine animas. atq; in huius mundi ſe dilectione reclinantes: blan da adulatione refouere. Quaſi enim pululillo cubitus vel cer uicalibus caput iacentis excipitur: cum correptionis duricia peccanti ſubtrahitur: eiq; mollicies fauoris adhibetur. vt in errore molliter iaceat: quem nulla aſperitas contradictionis pulſat. Sed hec rectores q ſemetipſos diligũt: his ꝓculdubio exhibẽt: a quib⁹ ſe noceri poſſe in ſtudio glorie tpalis timent. Nã quos nil cõtra ſe valere conſpiciũt: hos nimirũ aſpitate ri gide ſemper inuectiõis premũt. nũq̃ clemẽter ãmonẽt: ſed pa ſtoralis mãſuetudinis obliti: iure dominatiõis terrẽt. Quos

Eze. xxxiiii recte per prophetam diuina vox increpat dicẽs. Vos aũt cũ auſteritate imperabatis eis & cũ potentia. Plus enĩ ſe ſuo au ctore diligẽtes: iactãter erga ſubditos erigũt. nec quia agere debeãt: ſed qd valeãt attendũt. Nil de ſubſequẽti iudicio me tuũt. im ꝓbe de tpali poteſtate gloriãtur. libet vt licẽter illici ta faciãt: & ſubditorũ nemo ꝯtradicat. Qui ergo & parua ſtu det agere: & tñ ad hec vult ceteros tacere: ipſe ſibimet teſtis eſt. quia plus ſe veritate appetit diligi/ quã cõtra ſe nõ vult de fẽdi. Nemo quippe eſt qui ita viuat: vt aliquatinus non delin quat. Ille ergo ſeipõ amplius veritatẽ deſiderat amari: qui ſi bi a nullo vult contra veritatem parci. Hinc etenim petr⁹ in

crepationē pauli libēter accipit. Hinc dauid increpationē ſub ii. Reg. v.
diti humiliter audiuit. qa rectores boni dū priuato diligere amore ſe neſciūt: libere puritatis verbū a ſubditis obſequium humilitatis credunt. Sed inter hec neceſſe eſt vt cura regiminis tāti moderaminis arte tēperetur: quatinus ſubditorum mēs cum quedā recte ſentire potuerit, ſic in votis libertatē ꝓdeat: vt tamē libertas in ſuperbiā non erūpat. ne dū fortaſſe immoderatius lingue eis libertas cōcedit: vite ab his humilitas amittatur. ¶ Sciēdum quoqꝫ eſt ꝙ oporteat vt rectores boni placere hominibꝰ appetāt. ſcilicet vt ſue eſtimatiōis dulcedine proximos in affectū veritatis trahāt. non vt ſe amari deſiderēt: ſed vt dilectionē ſuā quaſi quandā viā faciāt, per quā corda audiētium ad amorē conditoris ſui introducāt. Difficile quippe eſt: vt quamlibet recte denuncians predicator qui non diligitur libenter audiatur. Debet ergo qui preeſt & ſtudere ſe diligi: quatinus poſſit audiri, & tamē amorem ſuum pro ſeipſo nō querere. ne inueniatur ei cui ſeruire per officium cernitur: occulta cogitatiōis tyrānide reſultare. Q đ bene paulus inſinuat: cū ſui nobis ſtudii occulta manifeſtat dicēs Sicut & ego per omnia placeo omnibꝰ. Qui tamē rurſus dicit. i. Cor. x.
Ego ſi adhuc hominibꝰ placerē: xpi ſeruus nō eſſem. Placet ergo paulus & non placet. qa in eo ꝙ placere appetit: non ſe ſed per ſe hominibus placere veritatem querit. Ibidem

¶ Quod ſcire ſollicite rector debeat ꝙ plerumqꝫ vitia virtutes ſe eſſe mentiuntur. CAPI. XX.

Scire etiā rector debet ꝙ plerumqꝫ vitia virtutes ſe eſſe mētiuntur. Nā ſepe ſub parſimonie nomine ſe tenacia palliat: cōtraqꝫ ſe effuſio ſub appellatione largitatis occultat. Sepe inordinata remiſſio pietas credit: & effrenata ira ſpiritalis zeli virtꝰ eſtimat. Sepe ꝓcipitata actio. velocitas efficacia. atqꝫ agēdi tarditas grauitatis cōſiliū putat. Vnde neceſſe eſt vt rector animarū virtutes ac vitia vigilanti cura diſcernat. ne aut cor tenacia occupet: & parcum ſe videri in diſpenſationibus exultet. aut cum effuſe quid impenditur: largum ſe quaſi miſerando glorietur. aut remittendo qđ ferire debu

it ad eterna ſupplicia ſubditos ꝑtrahat. aut immaniter feriē do quod delinquitur: ipſe grauius delinquat. aut hoc quod agi recte ac grauiter potuit: immature preueniēs leniget. aut bo ne actionis meritū differendo ad deteriora permutet.

¶ Q̄d eſſe debet & rectori diſcretio correctionis: & diſſimu lationis feruoris & māſuetudinis. CAPI. XXI.

Sciēdū quoqꝫ eſt ꝙ aliqn̄ ſubiectoꝝ vitia prudēter diſſi mulāda ſūt. ſed qa diſſimulāter iudicāda: aliquādo & apte cognita mature tollerāda. aliqn̄ vero ſubtiliter & occul te perſcrutāda. aliquādo leniter arguēda. aliqn̄ autē vehemē ter increpanda. ¶ Nōnulla qppe vt dixim⁹ prudēter diſſimu lāda ſunt: ſed qa diſſimulātur iudicāda. vt cū delinquens & deprehēdi ſe cognoſcit & ꝑpeti: has quas in ſe tacite tolerari ꝯſiderat: augere culpas erubeſcat. ſeſeqꝫ iudice puniat: quē ſi bi apud ſe rectoris patiētia clementer excuſat. Qua ſcilicet diſ

Eſa. lvii. ſimulatiōe bn̄ iudeā dn̄s corripit: cū p ꝓphetā dicit. Mentita es & mei nō es recordata. neqꝫ cogitaſti ī corde tuo qa ego ta cēs & quaſi nō vidēs. Et diſſimulauit ergo culpas & innotu it. qa & cōtra peccātē tacuit: & hoc ipſum tamen quia tacuerit dixit. ¶ Nōnulla aūt vel apte cognita: mature toleranda ſūt: cū videlicet rerū minime oportunitas ꝯgruit vt apte corrigā tur. Nā ſecta īmature vulnera deteri⁹ inferueſcūt. & niſi cū tpe medicamēta ꝯueniāt: ꝯſtat ꝓcul dubio ꝙ medēdi officiū amittāt. Sed cū tēpus ſubditis ad correptionē queritur: ſub ipō culparū pōdere patiētia preſulis exercetur. Vnde bene per pſal

Pſal. cxxviii. miſtam dicitur Supra dorſū meū fabricauerūt peccatores. In dorſo quippe onera ſuſtinem⁹. Supra dorſum igitur ſuū fabri caſſe peccatores queritur: ac ſi aperte dicat. Quos corrigere ne queo: quaſi ſupimpoſitū on⁹ porto. Nōnulla aūt ſūt ſubtiliter occulta ꝑſcrutāda. vt qbuſdā ſignis erūpētib⁹ rector ī ſubdito rū mēte om̄e qd̄ clauſū latet inueniat. & interueniēte correpti onis articulo: ex minimis maiora ꝯgnoſcat. Vn̄ recte ad eze

Eze. viii. chielē dr̄. Fili hominis fode tibi pietē. Vbi mox idē ꝓpheta ſubiungit. Et cū fodiſſem parietē: apparuit hoſtiū vnū. Et di

Ibidem xit ad me. Ingredere & vide abhominatiōes peſſimas: qs iſti

faciũt hic. Et ingreſſus vidi. Ecce om̃is ſimilitudo reptilium & animaliũ abhominatio. & vniuerſa ydola dom⁹ iſrael depicta erant in pariete. Per ezechielē quippe ꝑpoſitoꝝ perſona ſignatur. per parietē duricia ſubditoꝝ. Et quid eſt parietē fodere: niſi acutis inquiſitiōib⁹ duriciā cordis aperire. Quem cũ fodiſſet appuit oſtiũ. qa cum cordis duricia vel ſtudioſis ꝑcũctatiōib⁹ / vel maturis correptionib⁹ ſcindiť: quaſi quedã ianua oñdiť ex qua oĩa in eo q corripiť cogitationũ interiora videãtur. Vñ & bñ illic ſequiť. Ingredere & vide abhominatiões peſſimas: q̄s iſti faciũt hic. Quaſi ingrediť vt abhominatiões aſpicit: q diſcuſſas qbuſdã ſignis exteri⁹ apparētib⁹: ita corda ſubditoꝝ penetrat: vt cũcta ei q̄ illicite cogitanť innoteſcãt. Vñ & ſubdidit. Et igreſſ⁹ vidi. Et ecce oĩs ſi̾litudo reptiliũ & aĩaliũ abhoĩnatio. In reptilib⁹ cogitatiões oĩno terrene ſignãť. in animalib⁹ vero iã qdē aliquãtulũ a terra ſuſpēſe: ſed adhuc terrene mercedis ꝑmia reqrētes. Nã reptilia toto ex corpore terre inherēt. animalia aũt magna ꝑte corpis a terra ſuſpēſa ſũt: appetitu tñ gule ad terrã ſp inclinãť. Reptilia itaq; ſũt intra ꝑietē: qñ cogitatiões voluũtur in mēte. que a terrenis deſideriis nũq̄ leuanť. Aĩalia quoq; ſũt ĩtra ꝑietē: qñ & ſiqua iã iuſta: ſiqua honeſta cogitãtur: appetendis tñ lucris tēporalib⁹ honorib⁹ deſeruiũt. & ꝑ ſemetiꝑa qdē quaſi a terra ſuſpenſa ſunt. ſed ad huc per ambitũ: quaſi per gule deſideriũ ſeſe ad ima ſubmittũt. Vñ & bñ ſubdiť. Et vniuerſa ydola dom⁹ iſrael depicta erãt in pariete. Scriptũ quippe eſt. Et auariciã: que eſt ydolorũ ſeruit⁹. Recte ergo poſt aĩalia ydola deſcribunť. qa & ſi honeſta actiõe nonnulli quaſi a terra ſe erigũt: ãbitiõe tñ ĩhoneſta ſemetiꝑos ad terrã deponũt. Bene aũt dr̄ depicta erãt. qa dũ exterioꝝ reꝝ intrinſec⁹ ſpecies attrahunť: quaſi in corde depĩgiť quicqd fictis imaginib⁹ deliberãdo cogitať. ¶ Notãdũ itaq; eſt qa pri⁹ foramē ĩ ꝑiete: ac deinde oſtiũ cerniť. & tũc demũ occulta abhominatio demõſtrať qa nimirũ vniuſcuiuſq; peccati pri⁹ ſigna forinſec⁹: deinde ianua aperte ĩiquitatis oſtēdiť. & tũc demũ omne malũ quod intus latet aperiť. Nõnulla autem ſunt leuiter arguenda. nam cum non malicia: ſed ſola ignorantia vel infirmitate delinquitur: profecto neceſſe eſt vt magno moderamine Coloſ. iii.

ipſa delicti correptio temperet̃. Cũcti quippe quouſq; in hac
mortali carne ſubſiſtimꝰ: corruptionis noſtre infirmitatibus
ſubiacemꝰ. In ſe ergo debet vnuſquiſq; colligere qualiter ali
ene hũc oportet imbecillitati miſereri. ne contra infirmitatẽ
ꝓximi ſi ad increpatiõis vocẽ ferũtius rapit̃: oblitus ſui eſſe
Gal.iiii. videat̃. Vñ bene paulus ãmonet: dicẽs. Si quis preoccupatꝰ
fuerit in aliquo delicto vos qui ſpirituales eſtis inſtruite hu
iuſmodi in ſpiritu lenitatis/ cõſiderãs teipm̃ ne & tu tẽteris.
Ac ſi apte dicat. Cum diſplicet ex aliena infirmitate qđ cõſpi
cis: penſa qđ es. vt increpatiõis zelo ſe ſpiritꝰ tẽperet/ dũ ſibi
quoq; quod increpat timet. Nonnulla autẽ ſunt vehementer
increpãda: vt cũ culpa ab auditore nõ ꝯgnoſcit̃ quãti ſit põde
ris: ab increpãtis ore ſẽtiat̃. Et cũ ſibi qs malum qđ perpetra
uit leuigat: hoc cõtra ſe grauiter ex corripiẽtis aſꝑitate perti-
meſcat. Debitũ quippe rectoris eſt ſuꝑne patrie gloriam per
vocẽ predicatiõis oſtẽdere. quãta in huiꝰ vite itinere tẽtamen
ta ãtiqui hoſtis lateant aꝑire. & ſubditorũ mala que tolerari
leniter nõ debẽt/ cũ magna zeli aſꝑitate corrigere. ne ſi minꝰ
contra culpas accenditur: culparũ omnium reus ipſe teneat̃.
Eze.iiii. Vnde bene ad ezechielẽ dicit̃. Sume tibi laterẽ & pones eũ
coram te. & deſcribes in eo ciuitatem hieruſalem. Statimq;
Ibidem ſubiũgitur. Et ordinabis aduerſus eam obſidionem. & edifi
cabis munitiones. & comportabis aggerẽ. & dabis contra eã
caſtra. & pones arietes in gyro. Eiq; ad munitionem ſuã ꝓti
nus ſubiũxit. Et tu ſume ſartaginẽ ferreã. & pones eam mu
rum ferreũ inter te & ciuitatẽ. Cuiꝰ enim ezechiel ꝓpheta ni
ſi magiſtrorũ ſpẽ tenet? Cui dicit̃. ſume tibi laterẽ & pones
eum corã te: & deſcribes in eo ciuitatem hieruſalẽ. Sic quip
pe ſãcti doctores ſibi laterẽ ſumũt: quando terrenũ auditorũ
cor vt doceãt apprehendũt. Quẽ ſcilicet laterẽ corã ſe ponũt.
quia tota mẽtis illud intẽtione cuſtodiunt. In quo & ciuitatẽ
hieruſalẽ iubẽtur deſcribere. qa predicãdo terrenis cordibus
curãt ſũmopere que ſit ſuperne pacis viſio demonſtrare. Sed
quia incaſſum gloria patrie celeſtis agnoſcit̃: niſi & quanta
hic irruant hoſtis callidi tentamenta noſcatur: apte ſubiũgi-
tur. Et ordinabis aduerſus eam obſidionẽ: & edificabis mu-
nitiones. Sãcti quippe p̄dicatores obſidionẽ circa laterem in

quo hieruſalē ciuitas deſcripta eſt ordināt/quādo terrene mē ti:ſed iam ſupernā patriam requirenti: quanta eam in huius vite tempore vitiorū impugnet aduerſitas demonſtrāt. Nā cū vnumquodq; peccatū quomodo proficientibus inſidietur oſtēditur: quaſi obſidio circa ciuitatē hieruſalē voce pdicato ris ordinat᷑. Sed quia nō ſolū debēt innoteſcere qualiter vitia impugnēt: verū etiā quō cuſtodite nos virtutes roborēt: recte ſubiūgit᷑. Et edificabis munitiōes. Munitiōes qppe ſcūs pre dicator edificat qñ que virtutes qbꝰ reſiſtāt vitiis demōſtrat. Et qa creſcēte virtute: plerūq; bella tētatiōis augent᷑: recte ad huc ſubdit᷑. Et cōportabis aggerē. & dabis contra eā caſtra. & pones arietes in gyro. Aggerē nāq; cōportat/qñ pdicator qſ q; molē creſcētis tētatiōis enūciat. Et ꝯtra hierlm caſtra erigit qñ recte intētioni audiētiū hoſtis callidi incircūſpectas & qſi incōprehēſibiles inſidias predicit. Atq; arietes in gyro ponit: cū tētationū aculeos in hac vita nos vndiq; circūdātes: & vir tutū murū pforātes innoteſcit. Sed cūcta hec licet ſubtilit᷑ re- ctor inſinuet: niſi cōtra delicta ſingulorꝝ emulationis ſpū fer ueat: nullā ſibi imppetuū abſolutionē parat. Vñ illic adhuc recte ſubiūgit᷑. Et tu ſume tibi ſartaginē ferreā. & pones eū murū ferreū int᷑ te & ciuitatē. Per ſartaginē qppe frixura mē tis. p ferrū vero icrepatiōis fortitudo ſignat᷑. Quid v̄o acrius doctoris mētē q̄ zelus dei frigit & excruciat? Vñ paulus hu ius ſartaginis vrebat᷑ frixura cū diceret. Quis īfirmatur & ego nō infirmor? Quis ſcādalizat᷑ & ego nō vror? Et qa qſ- qs zelo dei accendit᷑ ne dānari ex negligētia debeat/forti im perpetuū cuſtodia munit᷑: recte dicit᷑. pones eā murū ferreū inter te & ciuitatē. Sartago enī ferrea murus ferreꝰ inter pro phetā & ciuitatē ponit᷑. qa cū nūc fortē zelū rectores exhibēt eūdē zelū poſtmodum inter ſe & auditores ſuos fortē muni tionē tenēt: ne tūc ad vīdictā deſtituti ſint/ſi nūc fuerīt ī corre ptiōe diſſoluti. Sed īter hec ſciēdū eſt. qa dū ad īcrepationē ſe mēs doctoris exaſperat difficile valde ē vt nō aliqñ & ad ali- qd qđ dicere non debet erūpat. Et plerūq; ꝯtingit vt dū culpa ſubditorū cū magna īuectiōe corripit᷑: magiſtri liūgua vſq; ad exceſſus v̄ba ꝑtrahat᷑. Cūq; increpatio īmoderate accēdit᷑: corda delinquētiū in deſperatiōe depmunt᷑. Vñ neceſſe ē vt i. Corꝫ. xi.

exaſperatus rector cum ſubditorũ mentẽ plus ſe q̃ debuit per cuſſiſſe cõſiderat: apud ſe ſemp ad penitentiã recurrat. vt per lamẽta veniã in cõſpectu veritatis obtineat: ex eo etiã ꝙ per zeli ei⁹ ſtudiũ peccat. Q đ figurate dñs precepit per moyſen

Deut. xix. dicens. Si qs abierit cũ amico ſimpliciter in ſiluã ad ligna ce dẽda: & lignũ ſecuris effugerit manu/ ferrũꝗ lapſũ de manu brio amicũ ei⁹ pcuſſerit & occiderit: hic ad vnã ſupradictarũ vrbiũ fugiat & viuet. ne forte ꝓximus ei⁹ cui⁹ effuſus eſt ſan guis doloris ſtimulo perſequať: & apprehẽdat eũ & pcutiat animã ei⁹. Ad ſiluã quippe cũ amico imus: quotiẽs ad intuẽ da ſubditoꝝ delicta ꝯuertimur. Et ſimpliciter ligna ſuccindi mus: cũ delinquẽtia vitia pia intẽtione reſecam⁹. Sed ſecuris manũ fugit cũ ſeſe increpatio pluſq̃ neceſſe eſt in aſperitatẽ pertrahit. Ferrũꝗ de manubrio proſilit: cũ de correptiõe ſer mo durior excedit. Et amicũ percutit & occidit. quia audito rem ſuũ ꝓlata cõtumelia a ſpũ dilectiõis interficit. Correpti nãꝗ mens repẽte ad odiũ proruit: ſi hanc ĩmoderata increpa tio plus q̃ debuit addicit. Sed is q incaute ligna percutit & ꝓ ximũ extinguit: ad tres neceſſe ẽ vrbes fugiat. vt in vna ea rũ defenſus viuat. qa ſi ad penitẽtie lamẽta conuerſus: in vni tate ſacramẽti ſub ſpe fide & charitate abſcondiť: reus perpe trati homicidii nõ teneť. Eũꝗ extincti ꝓximus cũ inuenerit non occidit. qa cũ diſtrict⁹ iudex venerit: q ſeſe nobis p natu re nr̃e cõſortiũ iũxit/ ab eo ꝓculdubio culpe reatũ nõ expetit: quẽ ſub eius venia fides ſpes & charitas abſcondit.

¶ Quantum rector ſacre legis meditationibus eſſe debeat intentus. CAPI. XXII.

SEd omne hoc rite a rectore agitur/ ſi ſupne formidinis & dilectionis ſpiritu afflatus: ſtudioſe quotidie ſacri elo quii precepta mediteť. vt in eo vim ſollicitudinis: & erga ce leſtẽ vitã prouide circũſpectionis quã humane cõuerſationis vſus indefinẽter deſtruit: diuine ammonitionis verba reſtau rent. Et qui ad vetuſtatẽ vite per ſocietatẽ ſeculariũ duciť: ad amorẽ ſemp ſpiritalis patrie cõpũctiõis aſpiratione renoue tur. Valde nãꝗ ĩter humana verba cor defluit. Cũꝗ indubi

tāter cōſtet ꝙ externis occupationū tumultib⁹ impulſū a ſemetipſo corruat: ſtudere inceſſabiliter debet: vt p eruditionis ſtudiū reſurgat. Hic eſt enī ꝙ p̄latū gregi diſcipulū paul⁹ admonet dicēs. Dū venio attēde lectioni. Hinc dauid ait. Quō dilexi legē tuā dn̄e tota die meditatio mea eſt. Hic moyſi dn̄s de portāda archa p̄cepit dicēs. Facies q̄ttuor circulos aureos quos pones p q̄ttuor arche angulos. facieſq; vectes de lignis ſethim. & operies auro. induceſq; per circulos q ſunt in arche laterib⁹ vt portet̄ in eis. q ſemp erūt in circulis: nec vnq̄ extrahētur ab eis. Quid p archā niſi ſctā eccl'ia figurat̄. Cui quattuor circuli aurei p quattuor angulos iubent̄ adiungi. qa in eo ꝙ p quattuor mūdi partes dilatata tendit̄: p̄culdubio quattuor ſcti euāgelii libris accincta predicat̄. Vecteſq; de lignis ſethim fiūt: qui eiſdē ad portandū circulis inſerunt̄. qa fortes perſeuerāteſq; doctores velut imputribilia ligna querēdi ſunt qui inſtructiōi ſacrorū voluminū ſemp inherētes ſctē eccleſie vnitatē denūcient. & quaſi intromiſſis circulis archā portēt Vectibus q̄ppe archā portare eſt bonis doctoribus ſanctā eccleſiā ad rudes infideliū mētes p̄dicādo deducere. Qui auro quoq; iubent̄ operiri. vt dū ſermone aliis inſonāt: ipſi etiā vite ſplēdore fulgeſcāt. De quib⁹ apte ſubdit̄. qui ſemp erūt in circulis: nec vnq̄ extrahent̄ ab eis. Quia nimirū neceſſe ē, vt qui ad officiū predicatiōis excubāt: a ſacre lectionis ſtudio nō recedant. Ad hoc nāq; vectes eſſe in circulis ſemp iubent̄. vt cū portari archā oportunitas exigit: de intromittēdis vectib⁹ portādi tarditas nulla generet̄. quia videlicet cū ſpiritale aliquid a ſubditis a paſtore inquirit̄: ignominioſum valde eſt ſi tūc querat diſcere cū queſtionē debet enodare. Sed circulis vectes inhereāt: vt doctores ſemp in ſuis cordib⁹ eloquia ſacra meditātes: teſtamēti archā ſine mora eleuēt: quicq̄d neceſſe ē p̄tin⁹ doceāt. Vnde bn̄ primus paſtor eccl'ie paſtores ceteros ammonet: dicēs. Parati ſemp ad ſatiſfactionē oī poſcēti vos rōnē de ea q̄ in vobis eſt ſpe. Ac ſi apte dicat, vt ad portādā archā nulla more prepediat: vectes nunq̄ a circulis recedāt.

i. Thi. iiii. Pſal. cxviii Exo. xxv. i. Pet. iii.

Incipit p̄logus partis tertie: docens qualiter rector bene viuens debeat docere & ammonere ſubditos.

Quia igitur qualis eſſe debeat paſtor oſtendimus: nunc qualiter doceat demonſtremus. vt enim longe ante nos reuerēde memorie. Gregorius nazāzenus edocuit: nō vna eadēq; cunctis exhortatio cōgruit: qa nō cūctos par morū qualitas aſtringit. Sepe nāq; aliis officiūt: que aliis ꝓſunt. Quia & plerūq; herbe q̄ hec aīalia enutriūt: alia occidūt. lenis ſibilus equos mitigat: catulos inſtigat. Et medicamētū qđ hunc morbū imminuit: alteri vires iūgit. & panis q vitā fortiū roborat: paruuloꝝ necat. Pro qualitate igitur audiētiū formari debet ſermo doctoꝝ. vt & ſua ſingulis ꝯgruāt: & tñ a cōis edificatiōis arte nunq̄ recedat. Quid enī ſunt intēte mētes auditorū: niſi vt ita dixerim q̄dā in cythara tēſiones ſtrate cordarū? Quas tāgēdi artifex vt nō ſibimetipſis diſſimile canticū faciāt: diſſimiliter pulſat Et idcirco corde cōſonā modulationē reddūt. qa vno ꝗdē plectro: ſed nō vno impulſu feriunt. Vnde & doctorū quiſq; vt in vna cūctos virtute charitatis edificet: ex vna doctrina/ nō vna eadēq; exhortatiōe corda tangere audientiū debent.

## ¶ CAPI. XXIII. aliter ammonēdi ſūt viri: aliter femine &c. cōtinēs in ſe. xxxvi. ammonitiōes: & declaratiōes earūdem.

ALiter nāq; ammonēdi ſunt viri: atq; aliter femine. i.
Aliter āmonēdi ſunt iuuenes: atq; aliter ſenes. ii.
Aliter ammonēdi ſūt inopes: atq; aliter locupletes. iii.
Aliter ammonēdi ſunt leti: atq; aliter triſtes. iiii.
Aliter ammonendi ſunt ſubditi: aliter prelati. v.
Aliter ammonendi ſunt ſerui: aliter domini. vi.
Aliter ammonendi ſunt ſapientes: aliter hebetes. vii.
Aliter ammonēdi ſunt īpudentes: aliter verecūdi. viii.
Aliter ammonendi ſunt ꝓterui: aliter puſillanimes. ix.
Aliter ammonēdi ſunt impatiētes: aliter patientes. x.
Aliter ammonēdi ſunt beniuoli: aliter inuidi. xi.
Aliter ammonēdi ſunt ſimplices: aliter impii. xii.
Aliter ammonēdi ſūt incolumes: aliter egri. xiii.
Aliter āmonēdi ſūt q flagella metuūt & ideo īnocēter viuūt. atq; aliť q ſic īiqtatib⁹ duruerīt vt neq; ꝑ flagella corrigāť. xiiii

## ¶ TERCIA PARS

Aliter āmonēdi ſunt nimis taciti: aliť multiloq̄o vacātes. xv
Aliter ammonēdi ſūt pigri: aliter precipites. xvi.
Aliter ammonēdi ſunt manſueti: aliter iracundi. xvii.
Aliter ammonēdi ſunt humiles: aliter elati. xviii.
Aliter ammonendi ſunt pertinaces: aliter incōſtantes. xix.
Aliter ammonēdi ſūt gule dediti: aliter abſtinētes. xx.
Aliter ammonēdi ſunt qui iam ſua miſericorditer tribuunt: atq̄ aliter q̄ adhuc & aliena rapere cōtendūt. xxi.
Aliter ammonēdi ſunt qui nec aliena appetūt/nec ſua largiūtur. atq̄ aliter qui & ea que habēt tribuūt: & tamen aliena rapere non deſiſtunt. xxii.
Aliter āmonēdi ſūt pacati: aliter diſcordes. xxiii.
Aliter ammonēdi ſūt ſeminātes iurgia: aliter pacifici. xxiiii.
Aliter ammonēdi ſunt qui ſacre legis verba non intelligunt recte. atq̄ aliter qui recte quidē intelligunt: ſed hec humiliter non loquuntur. xxv.
Aliter ammonēdi ſunt qui cū digne predicare valeant pre nimia humilitate formidāt. aliter quos a predicatione imperfectio vel etas ꝓhibet: & tamen ꝑcipitatio impellit. xxvi.
Aliter ammonendi ſunt qui in hoc qđ tēporaliter appetunt ꝓſperātur atq̄ aliter qui ea quidē q̄ mūdi ſunt cōcupiſcūt: ſed tamen aduerſitatis labore fatiganť. xxvii.
Aliter ammonēdi ſunt coniugiis obligati: aliter coniugii nexibus liberi. xxviii.
Aliter āmonēdi ſūt peccatorū carnis cōſcii: aliť ignari. xxix.
Aliter āmonēdi ſūt qui peccata deplorāt operum: aliter qui cogitationum. xxx.
Aliter ammonendi ſunt qui admiſſa deplangunt/nec tamē deſerūt. atq̄ aliter qui deſerūt nec tamen plangūt. xxxi.
Aliter ammonēdi ſunt qui illicita que faciūt etiā laudāt: atq̄ aliter qui accuſant praua/nec tamē deuitāt. xxxii.
Aliter ammonēdi ſunt qui repētina cōcupiſcētia ſuperanť. atq̄ aliter qui in culpa ex conſilio liganť. xxxiii.
Aliter ammonendi ſunt qui licet minima: tamen illicita faciūt. atq̄ aliter qui ſe a paruis cuſtodiūt: ſed aliquādo in grauioribus demerguntur. xxxiiii.
Aliter ammonendi ſunt qui bona nec inchoant: aliter qui in

choata minime conſummant.xxxv.
Aliter ām onēdi ſūt q mala occulte agūt:& bona publice.atq aliter q bona q̄ faciūt abſcōdūt:& tñ qbuſdā factis publice male de ſe opinari pmittūt.xxxvi.
¶ Sed quid vtilitatis eſt ꝙ cūcta hec collecta enumeratione tranſcurrimus:ſi non etiam ammonitionis modos per ſingula quanta poſſumus breuitate pandamus. ¶ De quibus igitur omnibus a principali ſumentes exordiū:latius ex ordine per ſingula diſſeramus. ¶ Ammonitio.i.

Aliter igitur ammonēdi ſunt viri:atq aliter femine.qa illis grauia:iſtis vero iniungenda ſunt leuiora. vt illos magna exercendo:iſtas vero leuia demulcendo conuertant.
Aliter ammonēdi ſunt iuuenes: ¶ Ammonitio.ii.
atq aliter ſenes.quia illos plerūq ſeueritas ammonitionis ad profectum dirigit: iſtos vero ad meliora opera deprecatio blanda componit. Scriptū quippe eſt. Seniorē ne increpaueris:ſed obſecra vt patrem. ¶ Ammonitio.iii.

i.Thi.v.

Aliter ammonendi ſunt inopes:atq aliter locupletes. illis nāq offerre cōſolationis ſolaciū cōtra tribulationē: iſtis vero inferre metū cōtra elationē debem⁹. Inopi quippe a dño per ꝑphetā dicit̃. Noli timere.quia nō ꝯfunderis. Cui nō longe poſt blandiens dicit.Paupercu la tēpeſtate cōuulſa. Rurſumq hāc conſolat̃ dicēs. Probaui te in camino paupta tis. At cōtra paulus diſcipulo de diuitibus dicit. Diuitib⁹ huius ſeculi precipe nō ſuperbe ſapere:neq ſperare ī incerto diuitiarū ſuarū. Vbi notandū valde eſt ꝙ humilitatis doctor memoriā diuitū faciēs non ait roga:ſed precipe.qa & ſi impēdenda eſt pietas infirmitati: honor tamen non debet̃ elationi. Talibus ergo rectū qd dicit̃ tanto rectius iubet̃: quāto & in rebus tranſitoriis altitudine cogitationis intumeſcūt. De his in euāgelio dñs dicit. Ve vobis diuitibus qui habetis cōſolationē veſtrā.Quia enī que ſunt eterna gaudia neſciunt: ex preſentis vite abundātia cōſolanẗ. Offerenda eſt ergo eis cōſolatio quos caminus pauptatis excoquit.atq illis inferendus eſt timor: quos conſolatio glorie tpalis extollit.vt & illi diſcant qa diuitias quas nō cōſpiciunt poſſidebūt:& iſti agnoſcant quia eas quas cōſpiciūt nequaq̄ tenere poſſunt. Plerūq

Eſa.liiii.
Ibidem
Eſa. xlviii.
i.Thi.vi.
Mat̃.xiiii.

tamen perſonarũ ordinẽ pmutat qualitas morũ. vt ſit diues humilis/pauper elat⁹. Vnde mox pdicãtis lingua cũ audien tis debet vita cõponi. vt tanto diſtrictius in paupere elationẽ feriat: quãto eũ nec illata pauptas inclinat. & tãto leuius hu militatẽ diuitũ mulceat: quãto eos nec abundãtia q̃ ſubleuat exaltat. Nõnunq̃ tamen etiã ſupbus diues exhortatiõis blan dimẽto placãdus eſt. qa & plerũq; dura vulnera p lenia fomẽ ta molleſcũt. & furor inſanorꝫ ſepe ad ſalutẽ medico blandiẽ te reducit. Cũq; eis in dulcedine cõdeſcẽdit: languor inſanie mitigat. Neq; eni negligẽter intuẽdũ eſt ꝙ cũ ſaulẽ ſpũs ad uerſus inuaderet: apprehenſa dauid cythara: ei⁹ veſaniã ſeda bat ac tẽperabat. Quid eni p ſaulẽ niſi elatio potentũ: & qd p dauid innuit niſi humilis vita ſctõrũ? Cũ ergo ſaul ab imũ do ſpũ arripit: dauid canẽte ei⁹ veſania tẽperat. qa cũ ſenſus potentũ p elationẽ in furorẽ vertit: dignũ eſt vt ad ſalutẽ mẽ tis quaſi dulcedine cythare locutio nr̃e trãquillitate reuocet. Aliquãdo aũt cũ hui⁹ ſeculi potẽtes arguũtur: prius p quaſdã ſimilitudines velut de alieno negocio requirendi ſunt. Et cũ rectã ſententiã quaſi in alterũ ptulerint: tũc modis congruẽti bus de pprio reatu feriẽdi ſunt. vt mens tẽporali potẽtia timi da: cõtra corripiẽtẽ nequaq̃ ſe erigat/ que ſuo ſibi iudicio ſu perbie ceruicẽ calcat. & in nulla ſui defenſiõe ſe exerceat: quẽ ſententia pprii oris ligat. Hinc eſt eni ꝙ nathan ppheta argue re regẽ venerat: & quaſi de cauſa pauperis cõtra diuitem iudi ciũ querebat. vt prius rex ſententiã diceret: & reatũ ſuũ poſt modũ audiret. quatinus nequaq̃ iuſticie cõtradiceret quã in ſeipſo ptuliſſet. Vir itaq; ſctũs & peccatorẽ cõſiderãs. & regẽ miro ordine audacẽ: reum prius per confeſſionẽ ligare ſtu duit: & poſtmodũ per infectionẽ ſecare celauit paululũ quod queſiuit: ſed percuſſit repẽte quẽ tenuit. Pigrius eni fortaſſe incideret: ſi ab ipſo ſermonis exordio aperte culpã ferire vo luiſſet: ſed premiſſa ſimilitudine eam quã occultabat exacuit increpationẽ. Ad egrũ medicus venerat. ſecandũ vuln⁹ vide bat. ſed de patiẽtia egri dubitabat. Abſcõdit igit ferrũ medi cinale ſub veſte: qd eductũ ſubito fixit in vulnere: vt ſecãtem gladiũ ſentiret eger anteq̃ cerneret. ne ſi ante cerneret ſentire recuſaret. ii. Reg. xii.

¶ Ammonitio. iiii.

a Liter ammonēdi ſunt leti: atq; aliter triſtes. Letis vide licet inferēda ſūt triſtia q̄ ſequūtur ex ſupplicio. triſtib⁹ vero inferēda ſunt leta/que ꝓmittunt̄ ex regno. Diſcāt leti ex minarū aſperitate qđ timeant: audiant triſtes premiorū gau-
Luce. vi. dia de quib⁹ preſumāt. Illis quippe dicit̄. Ve vobis qui ride tis nūc: quoniā flebitis. Iſti vero eodē magiſtro dicente audi-
Ibidem ant. Iterū videbo vos & gaudebit cor veſtrū. & gaudiū veſtrū nemo tollet a vobis. Nōnulli autē leti vel triſtes non rebus fi unt: ſed cōſperſionib⁹ exiſtunt. Quibus ꝑfecto intimandū eſt ꝙ quedā vitia quibuſdā conſperſionibus iuxta ſunt. Habent enī leti ex ꝓpinquo luxuriā: triſtes iram. Vnde neceſſe eſt vt non ſolum quiſq; conſideret quod ex conſperſiōe ſuſtinet: ſed etiā quod ex vicino deterius perurget. ne dū nequaq̄ pugnat ꝯtra hoc quod tolerat: ei quoq; a quo ſe liberū exiſtimat vitio ſuccumbat. ¶ Ammonitio. v.

a Liter ammonēdi ſūt ſubditi: atq; aliter prelati. Illos ne ſubiectio cōterat: iſtos ne locus ſuperior extollat. Illi ne minus que iubent̄ impleāt: iſti ne plus iuſto iubeāt que non cōpleātur. Illi vt humiliter ſubiaceāt: iſti quoq; vt tēperanter preſint. Nam quod intelligi & etiā figuraliter poteſt: illis di-
Col. iiii. citur. Filii obedite parētib⁹ veſtris in dño. Iſtis vero precipit̄
Ibidem Et patres nolite ad iracūdiā ꝓuocare filios veſtros. Iſti diſcāt quomodo ante occulti arbitri oculos ſua interiora componāt: iſti quomodo etiā cōmiſſis ſibi exempla bene viuēdi exterius prebeant. Scire etenī prelati debent/quia ſi peruerſa vnq̄ per petrāt: tot mortibus digni ſunt/ quot ad ſubditos ſuos ꝑditio nis exempla tranſmittūt. Vnde neceſſe eſt/vt tāto ſe cauti⁹ a culpa cuſtodiāt: quāto ꝑ praua que faciūt nō ſoli moriunt̄: ſed aliorū animarū quas prauis exēplis deſtruxerūt rei ſunt Vnde admonēdi ſunt illi ne diſtrictius puniantur ſi abſoluti repiri nequeūt ſaltē de ſe: iſti ne de ſubditorū erratib⁹ iudicē tur: etiam ſi ſe iam de ſe ſecuros inueniūt. Illi vt tāto circa ſe ſollicitius viuāt quāto eos aliena cura nō implicat: iſti vero vt ſic aliorū curas expleāt: quatin⁹ & ſuas agere nō deſiſtāt. & ſic in ꝓpria ſollicitudine ferueāt: vt a commiſſorū cuſtodia
Puer. vi. minime torpeſcāt. Illi enī ſibimet vacāti dr̄. Vade ad formi cā o piger & ꝯſidera vias ei⁹: & diſce ab ea ſapientiā. Iſte enī

terribiliter admonet̃:cũ dicit̃. Fili mi ſi ſpoponderis ꝑ amico tuo:defixiſti apud extraneũ manũ tuã: & illaqueatus es verbis oris tui. & captus ꝓpriis ſermonib⁹. Spondere nãqꜫ ꝑ amico eſt alienã animã in periculo ſue cõuerſatiõis accipere. Vnde & apud extraneũ manus defigit̃. quia apud curã ſollicitudinis q̃ ante deerat mens ligat̃. verbis vero oris ſui illaqueatus eſt: ac ꝓpriis ſermonib⁹ captus. quia dũ cõmiſſis ſibi cogitur bona dicere: ipſum prius neceſſe eſt que dixerit cuſtodire Illaqueatur igit̃ verbis oris ſui: dũ ratione exigẽte conſtringitur: ne ei⁹ vita ad aliud q̃ admonet relaxet̃. Vnde apud diſtrictũ iudicẽ cogitur tanta in opere exſoluere. quanta cõſtat eum aliis voce precepiſſe. Vbi & bñ mox exhortatio ſubdit̃: vt dicat̃. Fac ergo quod dico fili mi & temetipſum libera. q̃a incidiſti in manus ꝓximi tui. diſcurre. feſtina. ſuſcita amicũ tuum. ne dederis ſomnũ oculis tuis: nec dormitent palpebre tue. Quiſquis enĩ ad viuendũ aliis in exemplũ preponitur: non ſolũ ipſe vt vigilet: ſed etiã vt amicũ ſuſcitet admonetur. Ei nãqꜫ vigilare bene viuendo non ſufficit: ſi nõ & illũ cui preeſt a peccati torpore diſiungit. Bene autem dicit̃. ne dederis ſomnũ oculis tuis. nec dormitẽt palbebre tue. Somnũ quippe oculis dare eſt intentione ceſſante ſubditorũ curã omnino negligere. Palpebre vero dormitant: cũ cogitationes noſtre ea que in ſubditis arguenda cognoſcũt: pigredine deprimẽte diſſimulant. Plene enĩ dormire eſt cõmiſſorũ acta nec ſcire: nec corrigere. Non autẽ dormire: ſed dormitare eſt/ que quidem reprehẽdenda ſunt cognoſcere: ſed tamen ꝓpter mentis tediũ dignis ea increpationibus non emendare. Dormitãdo vero oculus ad pleniſſimũ ſomnũ ducitur. quia dũ plerũqꜫ qui preeſt/ malũ quod cognoſcit non reſecat: ad hoc quãdoqꜫ negligẽtie ſue merito peruenit: vt q̃d a ſubiectis delinquit̃ nec agnoſcat. Admonẽdi ſũt itaqꜫ q̃ p̃ſunt: vt per circũſpectiõis ſtudiũ oculos peruigiles intus & in circuitu habeant: & celi aĩalia fieri attendãt. Oſtenſa quippe celi animalia in circuitu & intus oculis plena habẽtur: & ſic deſcribũtur. Dignũ quippe eſt vt cũcti q̃ p̃ſunt intus/ atqꜫ in circuitu oculos habeant: q̃tin⁹ & interno iudici in ſemetipſis placere ſtudeãt. & exẽpla vite exterius prebẽtes: ea etiã que in aliis ſunt corrigẽda dep̃hẽdant

Ibidem

Ibidem

Admonēdi ſunt ſubditi ne prepoſitorū ſuorū vitā temere iu
dicent: ſi qd eos fortaſſe agere reprehēſibiliter vidēt. ne vnde
mala recte redarguūt: inde p elatiōis impulſum in pfundio-
ra mergant̃. Admonēdi ſunt ne cū culpas prepoſitorū cōſide
rāt cōtra eos audaciores fiant. ſed ſiqua valde ſunt eorū pra-
ua: apud ſemetipſos diiudicēt vt tn̄ diuino timore cōſtricti/
ferre ſub eis iugū reuerētie nō recuſent. Quod meli⁹ oſtendi
i. Re.xviii. mus ſi dauid factū ad mediū deducamus. Saul quippe pſecu
tor cū ad purgandū ventrē ſpeluncā fuiſſet ingreſſus/ illic cū
viris ſuis dauid inerat: qui iam tā longo tpe pſecutiōis ei⁹ ma
la tolerabat. Cūq; eū viri ſui ad feriendū ſaul accenderēt: fre
git eos reſpōſionib⁹. quia manū mittere in chriſtū dn̄i non de
beret. Qui tamen occulte ſurrexit: & oram clamidis ei⁹ abſci
dit. Quid enī per ſaul niſi mali rectores: qd per dauid niſi bo
ni ſubditi deſignant̃? Saul igit̃ vētrē purgare eſt prauos pre
poſitos cōceptā in corde maliciā vſq; ad opera miſeri odoris
extēdere: & cogitata apud ſe noxia factis exteriorib⁹ exequē
do mōſtrare. Quē tamen dauid ferire metuit. qa pie ſubdito
rum mētes ab omni ſe peſte obtrectationis abſtinētes: prepo
ſitorū vitā nullo lingue gladio pcutiūt/ etiā cū de impfectione
reprehēdūt. Qui & ſi qn̄ p infirmitate ſeſe abſtinere vix poſ-
ſunt: vt extrema quedā atq; exteriora pp̄oſitorū mala. ſed ta-
men humiliter loquātur: quaſi oram clamidis ſilenter incidūt
quia videlicet dū prelate dignitati ſaltē innoxie & latēter de
rogāt: quaſi regis ſuppoſiti veſtē ſecant. ſed tamen ad ſemet
ipſos redeūt: ſeq; vehemētiſſime vel de tenuiſſima verbi la-
ceratione reprehēdūt. Vnde bene & illic ſcriptū eſt. Poſt hec
dauid percuſſit cor ſuū: eo q abſcidiſſet oram clamidis ſaul.
Facta quippe prepoſitorū oris gladio feriēda nō ſunt: etiā cū
recte reprehēdenda iudicant̃. Si qn̄ vero contra eos vel in mi
nimis lingua labitur: neceſſe eſt vt p afflictionē penitētie cor
premat̃: quatin⁹ ad ſemetipſum redeat. & cū prepoſite pote-
ſtati deliquerit: ei⁹ cōtra ſe iudiciū a quo ſibi prelata eſt phor
reſcat. Nā cū in pp̄oſitis delinqm⁹: eius ordinatiōi q eos no-
bis ptulit obuiam⁹. Vn̄ moyſes q̄q; cū cōtra ſe & aarō cōque
ri ppl̃m cognouiſſet ait. Nos enī qd ſumus? Nec ꝯtra nos eſt
murmur vr̃m: ſed ꝯtra dn̄m. ¶ Ammonitio. vi.

a Liter ammonēdi ſūt ſerui: atq; aliter dñi. Serui ſcilicet
vt in ſe ſemp humilitatē cōditionis aſpiciāt. dñi vero vt
nature ſue qua equaliter ſunt cum ſeruis cōditi memoriā nō
amittāt. Serui admonēdi ſunt ne dños deſpiciāt. ne deū offen
dant/ſi ordinationi illius ſupbiēdo cōtradicāt. Dñi quoq; ad
monēdi ſunt: quia contra deū de munere ei⁹ ſuperbiūt: ſi eos
quos per cōditionē tenēt ſubditos: equales ſibi p nature cōſor
tiū nō cognoſcūt. Iſti admonēdi ſunt: vt ſciant ſe ſeruos eſſe
dñorꝝ. illi admonēdi ſunt: vt cognoſcāt ſe cōſeruos eſſe ſeruo
rū. Iſtis nāq; dicit̄. Serui obedite dñis carnalibus. Et rurſum Coloſ. iii.
Quicūq; ſunt ſub iugo ſeruitutis dños ſuos omī honore di-
gnos arbitrent̄. Illis aūt dicit̄. Et vos dñi eadē facite illis: re
mittentes minas ſcientes ꝙ & illorum & veſter dominus eſt
in celis. ¶ Ammonitio. vii.

a Liter admonēdi ſunt ſapiētes hui⁹ ſeculi: atq; aliter he
betes. Sapiētes quippe admonēdi ſunt: vt ſciāt amitte-
re que ſciūt. Hebetes quoq; admonēdi ſunt vt appetāt ſcire q̄
neſciūt. In illis hoc primū deſtruēdū eſt ꝙ ſe ſapiētes arbitrā
tur. in iſtis iā edificādū eſt quicqd de ſupna ſapiētia cognoſci
tur. qa dū minime ſupbiūt: quaſi ad ſuſcipiendū edificiū cor-
da parauerūt. Cū illis laborādū eſt: vt ſapiēti⁹ ſtulti fiāt. ſtul
tam autē ſapientiā deſerāt: & ſapientē dei ſtulticiā diſcāt. iſtis
vero predicādū eſt: vt ab ea que putat̄ ſtulticia ad verā ſapiē
tiā vicinius tranſeāt. Illis nāq; dicit̄. Si quis videt̄ inter vos i. Corꝝ. iii.
ſapiēs eſſe in hoc ſeculo: ſtultus fiat vt ſit ſapiens. Iſtis vero
dicitur. Nō multi ſapiētes ſecūdū carnem. Et rurſum. Que i. Corꝝ. i.
ſtulta ſunt mūdi elegit de⁹: vt ꝯfundat ſapiētes. Illos plerūq; Ibidem
ratiocinatiōis argumēta. iſtos nōnunq̄ meli⁹ exēpla cōuertūt
Illis nōnunq̄ ꝓdeſt: vt in ſuis allegationib⁹ victi iaceāt. iſtis
vero aliqñ ſufficit vt laudabilia alioꝝ facta cognoſcant. Vñ
& magiſter egregius ſapiētib⁹ & inſipiētib⁹ debitor/ cum he Roma. i.
breorū quoſdā ſapiētes: quoſdā vero etiā tardiores admone
ret. illis de cōpletione teſtamēti veteris loquēs: eoꝝ ſapientiā
argumēto ſuperauit: dicēs. Qđ enī antiquat̄ & ſeneſcit ꝓpe Hebr̄. viii.
interitū eſt. Cū vō ſolis exēplis quoſdā trahēdos ad ſe cerne
ret: in eadē epiſtola adiūxit. Scti ludibria & verbera expti in Ibidem
ſup & carceres. lapidati ſūt. ſecti ſūt. tētati ſūt. in occiſiōe gla-

dii mortui ſunt. Et rurſũ. Memẽtote prepoſitorum veſtroꝝ
qui vobis locuti ſunt verbum dei: quorum intuentes exitum
conuerſationis: imitamini fidẽ. quatinꝰ & illos victrix ratio
frangeret: iſtos ad maiora conſcẽdere imitatio blanda ſuade
ret. ¶ Ammonitio. viii.

ALiter admonẽdi ſũt impudẽtes. atq; aliť verecũdi. Illos
nãq; ab ĩpudẽtie vitio nõ niſi ĩcrepatio dura compeſcit.
iſtos aũt plerũq; ad meliꝰ exhortatio modeſta cõponit. Illi ſe
delinqre neſciũt: niſi etiã a pluribꝰ increpenť. iſtis plerũq; ad
cõuerſationẽ ſufficit ꝙ eis doctor mala ſua ſaltem leniter ad
memoriã reducit. Illos melius corrigit qui inuehendo repre
hẽdit. iſtis aũt maior ꝑfectꝰ adduciť: ſi hoc quod in eis repre
hẽdiť q̃ſi ex latere tãgiť. Impudentẽ qppe iudeorũ plebẽ dñs
Hiere. iii. aperte increpãs: ait. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi:
Eſa. liiii. noluiſti erubeſcere. Et rurſum verecũdãtẽ refouet dicẽs. Cõ-
fuſiõis adoleſcẽtie tue obliuiſceris. & opꝓbrii viduitatis tue
non recordaberis. quia dominabiť tui qui fecit te. Impuden-
ter quoq; delinquẽtes galathas aperte paulꝰ increpat dicens.
Gal. iii. O inſẽſati galathe. quis vos faſcinauit? Et rurſum. Sic ſtulti
Ibidem eſtis. vt cũ ſpiritu ceperitis nũc carne cõſummamini. Culpas
Ibidem vero verecũdãtiũ quaſi cõpatiẽs reprehẽdit dicens. Gauiſus
ſum in domino vehemẽter: quoniã tandẽ aliquando refloruiſ
tis pro me ſentire ſicut & ſentiebatis. occupati enim eratis.
Vt & illoꝝ culpas ĩcrepatio dura detegeret: & eoꝝ negligẽ
tiã ſermo mollior releuaret. ¶ Ammonitio. ix.

ALiter admonẽdi ſũt proterui: atq; aliter puſillanimes
Illi enim dum valde de ſe preſumunt: exprobrando ce-
teros dedignantur. iſti autem dũ nimis infirmitatis ſue ſũt
conſcii: plerũq; in deſperationẽ cadũt. Illi ſingulariter ſũma
eſtimãt cuncta q̃ agunt. iſti vehementer deſpecta putant eſſe
que faciũt. & idcirco in deſperatione frãgũtur. Subtiliter ita
ꝙ ab arguẽte diſcutiẽda ſũt opa ꝓteruorũ: vt in quo ſibi pla
cent oſtendantur qa deo diſplicẽt. Tunc enim ꝓteruos meliꝰ
corrigimꝰ: cũ ea que bene egiſſe ſe credũt: male acta mõſtra
mus. vt vñ adepta crediť gloria: ĩde vtilis ſubſequať ꝯfuſio
Nõnũq̃ vo cũ ſe vitiũ ꝓteruie minime ppetrare ꝯgnoſcũt: cõ
pẽdioſiꝰ ad correctionẽ veniũt: ſi alteriꝰ culpe manifeſtioris

& ex latere requiſite improperio cõfundãtur: vt ex eo qđ de fēdere nequeũt: ꝯgnoſcãt ſe tenere improbe qđ defēdũt. Vñ cũ ꝓterue paul⁹ corinthios aduerſum ſeinuicē videret inflatos: vt alius pauli. alius apollo. ali⁹ cephe. alius xp̄i eſſe ſe diceret: inceſti culpã in mediũ eduxit. que apud eos & ppetrata fuerat: & incorrecta remanebat: dicēs. Audit̄ inter vos fornicatio. & talis fornicatio qualis nec inter gētes: ita vt vxorem patris qs habeat. Et vos inflati eſtis. & nõ magis luctũ habuiſtis vt tolleret̄ de medio veſtrũ qui hoc opus fecit. Ac ſi apte dicat. Quid vos p proteruiã huius vel illi⁹ dicitis: qui per diſſolutionē negligētie nulli⁹ vos eſſe mõſtratis? Ac cõtra puſillanimes aptius ad iter bñ agēdi reducim⁹: ſi quedã bona illorum ex latere requiram⁹. vt dũ in eis alia reprehēdēdo corripim⁹: alia ãplectãdo laudem⁹. q̄tin⁹ eoꝝ teneritudinem laus audita nutriat: quã culpa increpata caſtigat. Plerũqꝫ autē vtilius apud illos ꝓficim⁹: ſi & eorũ bene geſta memoram⁹. Et ſi qua ab eis inordinate geſta ſunt: nõ iã tanq̄ ppetrata corripimus: ſed q̄ſi adhuc ne ppetrari debeãt ꝓhibem⁹. vt & illa que apꝓbam⁹ illat⁹ fauor augeat: & cõtra ea que reprehendimus magis apud puſillanimes exhortatio verecũda conualeſcat. Vñ idē paul⁹ cũ teſſalonicēſes in accepta p̄dicatiōe pdurantes: quaſi de vicino mũdi termīo quadã ꝯgnoſceret puſillanimitate turbatos: prius ĩ eis q̄ fortia proſpicit laudat/ & caute monendo poſtmodum que infirma ſunt roborat. Ait enim Gratias agere debemus deo ſemper pro vobis fratres: ita vt dignũ eſt. quoniam ſupercreſcit fides veſtra. & abundat charitas vniuſcuiuſqꝫ veſtrum inuicem. ita vt & noſipſi in vobis gloriemur in eccleſiis dei pro patientia veſtra & fide. Qui cũ blanda hec vite eorum preconia premiſiſſet paulopoſt ſubdidit dicens. Rogamus autem vos fratres per aduentum domini noſtri ieſu xp̄i & noſtre congregationis in idipſum: vt non cito moueamini a veſtro ſenſu neqꝫ terreamini: neqꝫ per ſpiritum: neqꝫ per ſermonem: neqꝫ per epiſtolã tanq̄ per nos miſſã: quaſi inſtet dies dñi. Egit eni verus doctor/ vt prius audirent laudati qđ recognoſcerēt: & poſtmodũ qđ exhortati ſeq̄rēt̄. q̄tin⁹ eoꝝ mētē ne commotio ſubiũcta concuteret: laus p̄miſſa ſolidaret. & q̄ cõmotos eos vicini finis ſuſpitiōe

i. Coꝝ.

ii. Theſ. i.

Ibidem

cognouerat: non iã redarguebat motos/ ſed q̃ſi trãſacta neſci
ens adhuc cõmoueri perhibebat. vt dum ipſa leuitate motio
nis p̄dicatori ſuo ſe incognitos crederẽt tanto rep̄hẽſibiliores
fieri: quãto & cognoſci ab illo formidarẽt. ¶ Ammonitio. x.

Aliter admonẽdi ſunt impatiẽtes: atq; aliter patientes. Dicendũ nãq; eſt impatiẽtibus/ qa dũ refrenare ſpiritũ negligũt. per multa etiã que nõ appetunt iniquitatũ abrupta rapiũtur. quia videlicet mentẽ impellit furor quo non trahit deſideriũ. & agit cõmota velut neſciens vnde poſt doleat ſciens. Dicendũ quoq; eſt impatiẽtibus: quia dũ motiõis impulſum precipites quedã velut alienati peragunt: vix mala ſua poſtq̃ fuerint perpetrata cognoſcũt. Qui dũ perturbatiõi ſue minime obſiſtũt: etiã ſiqua a ſe tranquilla mẽte fuerant bene geſta cõfundũt. & improuiſo impulſu deſtruũt: quicqd forſitan diu labore p̄uido cõſtruxerũt. Ipſa nãq; que mater eſt omniũ cuſtoſq; virtutũ per impatiẽtie vitiũ virt⁹ amittit̃ charitatis. Scriptũ quippe eſt. Charitas patiẽs eſt. Igitur cũ minime eſt patiens: charitas nõ eſt. per hoc quoq; impatiẽtie vitiũ ipſa virtutũ nutrix doctrina diſſipat̃. Scriptũ nãq; eſt. Doctrina viri per patientiã noſcit̃. Tanto ergo quiſq; minus oſtẽditur doct⁹: quãto minus conuincit̃ patiens. Neq; enĩ poteſt veraciter bona docẽdo impẽdere: ſi viuẽdo neſcit equanimiter aliena mala tolerare. Per hoc quoq; impatiẽtie vitiũ plerũq; mẽtẽ arrogãtie culpa tranſfingit. qa dũ deſpici in mũdo hoc q̃ſq; nõ patit̃: bona ſiqua ſibi occulta ſũt: oſtentare conat̃: atq; ſic p impatiẽtiã vſq; ad arrogãtiam ducit̃. Dũq; ferre deſpectionẽ nõ poteſt: detegẽdo ſemetip̄um in oſtẽtatione gloriat̃. Vnde ſcriptũ eſt. Melior eſt patiẽs arrogãte. Quia videlicet eligit patiẽs q̃libet mala perpeti q̃ p oſtẽtationis vitiũ bona ſua occulta cognoſci. At cõtra eligit arrogãs bona de ſe vel falſa iactari: ne mala poſſit vel minima perpeti. qa igit̃ cũ patientia relĩqtur: etiã bona reliqua que iã geſta ſũt deſtruunt̃. recte ad ezechielẽ in altari dei fieri foſſa p̄cipit̃: vt in ea videlicet ſuppoſita holocauſta ſeruent̃. Si enĩ in altari foſſa nõ eſſet: om̃e qđ in eo ſacrificiũ reperiret ſupueniẽs aura diſpgeret. Quid vero accipim⁹ altare dei niſi animã iuſti. q̃ quot bona egerit: tot ſup ſe ãte ei⁹ oculos ſacrificia ĩponit? Quid enĩ eſt altaris

i. Cor. xiii.

Eccls. vii.

foſſa:niſi bonorū patientia. que dū mentē ad aduerſa toleran
da humiliat: quaſi more foſſe hanc in imo poſitā demōſtrat.
Foſſa ergo in altari fiat: ne ſuppoſitū ſacrificiū aura diſpgat
id eſt electorū mens patientiā cuſtodiat ne cōmota vento im
patiētie: & hoc qđ bene operata eſt amittat. Bene aūt hec eadē
foſſa vnius cubiti eſſe memoraꝛ. quia nimirū ſi patiētia non
deſeriꝛ vnitatis menſura ſeruaꝛ. Vnde & paulus ait. Inuicē Gal. v.
onera veſtra portate & ſic adimplebitis legē xpi. Lex quippe
chriſti eſt charitas vnitatis quā ſoli pficiūt: q nec cū grauātur
excedūt. Audiāt ipatiētes qđ ſcriptū eſt in puerbiis. Melior puer. xvi.
eſt vir patiēs viro forti. & qui dñatur aīo ſuo expugnatore vr
biū. Minor enī eſt victoria vrbiū. qa extra ſunt q ſubiuganꝛ
Valde aūt maius eſt quod p patientiā vinciꝛ. qa ipſe a ſe ani
mus ſuperaꝛ. & in ſemetipſum ſibimetipſi ſubiicit: qñ eū pa
tientia intra ſe frenari cōpellit. Audiāt patiētes qđ electis ſu
is veritas dicit. In patientia veſtra poſſidebitis aīas vr̄as. Sic Luce. xxi.
enī cōditi mirabiliter ſumꝰ: vt ratio aīam: & aīa poſſideat cor
pus. Ius vero aīe a corpis poſſeſſiōe repelliꝛ: ſi nō prius aīa a
ratione poſſideꝛ. Cuſtodē igiꝛ cōditiōis noſtre patientiā dn̄s
eſſe monſtrauit. qa in ipſa nos poſſidere noſmetipſos docuit.
Quāta ergo ſit impatiētie culpa cognoſciꝛ: p quā & hoc ipſū
amittimꝰ poſſidere qđ ſumꝰ. Audiāt impatiētes qđ p ſalomo
nem rurſum diciꝛ. Totū ſpiritū ſuū pfert ſtultus. ſapiēs aūt puer. xxix.
differt & reſeruat imposterū. Impatiētia qppe impellēte agiꝛ
vt totus foras ſpūs pferaꝛ. quē idcirco pturbatio cicius eiicit
quia nulla interiꝰ diſciplina ſapiētie circūcludit. Sapiēs autē
differt & reſeruat imposterū. Leſus enī in preſenti ſe vlciſci
nō deſiderat: q etiā tolerans parci optat. ſed tñ iuſte vindicari
oīa extremo iudicio nō ignorat. At cōtra admonēdi ſunt pa
tientes: ne in eo qđ exteriꝰ portāt interiꝰ doleāt. ne tante virtu
tes ſacrificiū qđ integrū foras īmolāt: ītus malicie peſte cor
rūpant: & cū ab hoībus nō agnoſciꝛ: ſed tñ ſub diuina exami
natione peccaꝛ / tāto deterior culpa doloris fiat: quāto ſibi an
te hoīes virtutis ſpeciē vendicat. Dicendū itaq; eſt patientibꝰ
vt ſtudeāt diligere: quos ſibi neceſſe eſt tolerare. ne ſi patiētiā
dilectio nō ſequaꝛ: in deteriorē culpā odii virtꝰ oſtēſa vertaꝛ
Vnde paulus cū diceret. Charitas patiēs eſt: ilico adiūxit. be i. Cor. xiii.

nigna eſt. videlicet oſtẽdens/qa quos ex patiẽtia tolerat: ama re etiã ex benignitate non ceſſat. Vnde idẽ doctor egregius
Ephe. iiii. cũ patiẽtiã diſcipulis ſuaderet dicẽs. Oĩs amaritudo & ira & indignatio & clamor & blaſphemia auferat̃ a vobis cũ omni malicia. Quaſi cũctis exterius iam bene ꝯpoſitis ad interio
Ibidem ra cõuertit̃: dũ ſubiũgit. Cũ omni malicia. Quia nimirũ fru ſtra indignatio clamor & blaſphemia ab exterioribus tollit̃: ſi in interiorib⁹ vitiorũ mater malicia dñatur. Et incaſſum fo ras nequitia ex ramis incidit̃: ſi ſurreptura multiplicius in- tus in radice ſeruat̃. Vnde & ꝑ ſemetipam veritas quoq; di-
Mat̃. v. cit. Diligite inimicos veſtros. & benefacite his q̃ oderũt vos & orate ꝓ perſequẽtib⁹ & calũniãtib⁹ vos. Virtus itaq; eſt co rã hoĩb⁹ aduerſarios tolerare: ſed virtus corã deo diligere. qa hoc ſolũ de⁹ ſacrificiũ accipit: qđ quidẽ ante ei⁹ oculos in alta ri boni operis flãma charitatis incendit. Hinc eſt qđ rurſum
Mat̃. vii. quibuſdã patiẽtib⁹ nec tamen diligẽtib⁹ dicit. Quid aũt vides
& Luce. vi. feſtucã in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo nõ vides? Perturbatio qppe ĩpatiẽtię feſtuca eſt. malicia vero in corde. trabes in oculo. Illã nãq; aura tẽtationis agitat: hãc aũt conſũ mata nequitia pene immobiliter portat. Recte vero illic ſub
Ibidem iũgit̃. Ypocrita eiice primũ trabẽ de oculo tuo: & tũc videbis eiicere feſtucã de oculo fratris tui. Ac ſi dicat̃ mẽti inique in terius dolenti: & ſanctã ſe exteri⁹ ꝑ patientiã demõſtrãti. pri⁹ a te molẽ malicie excute: & tũc alios de ĩpatientie leuitate re prehẽde. ne dũ nõ ſtudes ſimulationẽ vincere peius tibi ſit & aliena praua tolerare. Euenire etiã plerũq; patiẽtib⁹ ſolet/ vt eo quidẽ tp̃e quo vel aduerſa patiũtur: vel ꝯtumelias audiũt nullo dolore pulſent̃. & ſic patientiã exhibeant: vt cuſtodire etiã cordis innocẽtiã nõ amittãt. Sed cũ poſt paululũ hec ipa que ꝑtulerũt ad memoriã reuocãt: igne ſe doloris inflãmãt. argumẽta vltiõis inquirũt. & mãſuetudinẽ quã tolerãtes ha buerũt: retractãtes in maliciã vertũt. Quib⁹ citius a predica tione ſuccurrit̃: ſi que ſit huius ꝑmutationis cauſa pandatur. Callidus nãq; aduerſarius bellũ cõtra duos mouet. vnũ vide licet inflãmans vt cõtumelias prior inferat. alterũ ꝓuocãs vt contumelias leſus reddat. Sed plerũq; dum iam huius victor eſt qui iniuriam perſuaſus irrogat: ab illo vincitur qui illatã

cõtumeliam ſibi equanimiter portat. Vnius ergo victor quẽ cõmonendo ſubiugauit: tota contra alterum virtute ſe erigit eumq; obſiſtentem fortiter & vincentẽ dolet. quem quia com mouere in ipſa cõtumeliarũ iaculatione non potuit: ab aperto certamine interim quieſcens: & ſecreta ſuggeſtione cogitationem laceſcens: aptum tẽpus deceptionis inquirit. Quia enim publico bello victoriam perdidit: ad exercendas occulte inſidias exardeſcit. Quietis nãq; tẽpore iam ad victoris ani mũ redit. & vel rerum damna ad iniuriarũ iacula ad memo riam reducit. cunctaq; que ſibi illata ſunt vehemẽter exaggerans intolerabilia oſtendit. Tantoq; mentẽ merore cõturbat vt pleruq; vir patiens illa ſe equanimiter toleraſſe poſt victoriã captiuus erubeſcat. ſeq; non reddidiſſe ꝯtumelias doleat: & deteriora repẽdere ſi occaſio prebeatur querat. Quibus ergo iſti ſimiles ſunt: niſi his qui p fortitudinẽ in campo victores ſunt: ſed per negligẽtiam poſtmodũ intra vrbis clauſtra capiuntur? Quibus ſunt ſimiles: niſi is quos irruens grauis languor a vita non ſubtrahit: ſed leuiter veniens recidiua febris occidit? Admonendi ſunt igitur patientes: vt corpus victoriam muniant: vt hoſtem publico bello ſuperatũ inſidiari menibus mẽtis intendãt. & languorem plus reſerpentẽ timeant. ne hoſtis callidus eo in deceptione poſtmodũ maiori exultatione gaudeat: quo illa dudum cõtra ſe rigida colla victorum calceat.

Ammonitio. xi.

ALiter admonendi ſunt beniuoli: atq; aliter inuidi. Admonendi nãq; ſunt beniuoli: vt ſic alienis bonis cõgaudeãt: quatinus habere & ꝓpria cõcupiſcãt. Sic ꝓximorũ facta diligẽdo laudent: vt ea etiã imitando multiplicẽt. ne ſi in hoc preſẽtis vite ſtadio: ad certamẽ alienũ deuoti fautores ſed pigri ſpectatores aſſiſtũt. eo poſt certamen ſine brauio remaneant: quo nũc in certamine non laborãt. & tũc eorũ palmas afflicti reſpiciãt: in quorũ nũc laborib⁹ ocioſi perdurãt. Valde quippe peccamus: ſi aliena bene geſta nõ diligim⁹. Sed nihil mercedis agim⁹: ſi ea que diligimus in quãtũ poſſumus non imitamur. Dicẽdũ itaq; eſt beniuolis. quia ſi imitari bona minime feſtinant que laudantes approbant: ſic eis virtutum ſanctitas ſicut ſtultis ſpectatorib⁹ ludicrarũ artiũ vanitas placet

Illi nãqꝫ aurigarũ & hyſtrionũ geſta fauorib⁹ efferunt nec tñ tales eſſe deſiderãt: quales illos conſpiciũt eſſe quos laudãt. mirãť eos placita egiſſe: ſed tamẽ deuitãt ſimiliter placere. Dicẽdũ eſt beniuolis vt cũ ꝓximorũ facta ꝯſpiciũt: ad ſuum cor redeãt: & de alienis actib⁹ nõ preſumãt. ne bona laudent & agere recuſent. Graui⁹ quippe extrema vltiõe feriẽdi ſũt: quib⁹ placuit qđ imitari noluerũt. Ammonẽdi ſũt inuidi vt ꝑpendãt quãte cecitatis ſunt: qui alieno ꝓfectu deficiũt: aliena exultatiõe cõtabeſcũt. Quãte infelicitatis ſunt qui melioratiõe ꝓximi deteriores fiũt. dũqꝫ augmẽta aliene ꝓſperitatis aſpiciũt: apud ſemetipſos anxii afflicti cordis ſui peſte moriunť? Quid iſtis infelicius: quos dũ cõſpecta felicitas afficit: pena nequiores reddit? Aliorũ vero bona que habere nõ poſſunt: ſi diligerẽt ſua feciſſẽt. Sic quippe ſũt vniuerſi ꝯſiſtẽtes in fide ſicut multa mẽbra vno cõtinenť in corpe. que per officium quidẽ diuerſa ſunt: ſed quo ſibi viciſſim cõgruũt vnũ fiunt. Vnde fit vt pes per oculũ videat: & per pedes oculi gradianť. ori auditus auriũ ſeruiat: & ad vſum ſuũ aurib⁹ oris lingua concurrat. ſuffragetur vẽter manibus: vẽtri operẽtur manus. In ipſa igiť corporis poſitiõe accipimus: quid in actione ſeruemus. Nimis itaqꝫ turpe eſt nõ imitari quod ſumus Noſtra ſunt nimirũ/ que & ſi imitari nõ poſſumus amamus in aliis. etiam amantium fiunt: queqꝫ amantur in nobis. Hic ergo pẽſent inuidi charitas quãte virtutis eſt: que alieni quoqꝫ laboris opera noſtra facit ſine labore. Dicẽdum itaqꝫ eſt inuidis. quia dũ ſe a liuore minime cuſtodiunt: in ãtiquam verſuti hoſtis nequiciam dimerguntur. De illo nãqꝫ ſcriptũ eſt.
Sapiẽ. ii. Inuidia autem dyaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ. Quia enim ipſe malignus ſpiritus aduerſarius noſter celum perdidit: condito ad hoc homini inuidit. & damnatiõem ſuam perditus adhuc alios perdendo cumulauit. Admonendi ſũt inuidi: vt cognoſcãt quãtis lapſib⁹ ſuccreſcẽtis ruine ſubiaceant. quia dum liuorem a corde nõ proiiciunt: ad apertas operũ nequitias deuoluũtur. Niſi eni cayn inuidiſſet fratris ac
Geñ. iiii. ceptã hoſtiã: minine ꝑueniſſet ad extĩguẽdã vitã. Vnde ſcri
Ibidem ptũ eſt. Reſpexit dñs ad abel & ad munera ei⁹. ad cayn vͦ & ad munera eius nõ reſpexit. Iratuſqꝫ eſt cayn vehemẽter: &

cõſcidit vultus eius. Liuor itaq̃ ſacrificii fratricidii ſemina rium fuit. Nam quē meliorē ſe eſſe doluit: ne vtcūq̃ eſſet am putauit. Dicēdum eſt inuidis, quia dū ſe iſta intrinſecus peſte cõſumūt: etiā quicq̃d in ſe boni habere videntur interimūt. Vñ ſcriptū eſt. Vita carniū ſanitas cordis: putredo oſſiū in uidia. Quid enim per carnes niſi infirma quedā ac tenera: & quid per oſſa niſi fortia acta ſignant̃? Et plerūq̃ ꝯtingit vt quidā cū cordis innocētia in nõnullis ſuis actibus infirmi vi deant̃. quidā vero iam quedā ante humanos oculos robuſta exerceāt: ſed tñ erga aliorū bona intus inuidie peſtilentia ta beſcāt. Bene ergo dicit̃. vita carniū ſanitas cordis. quia ſi mē tis innocētia cuſtodit̃: etiam ſiqua foris infirma ſunt qñq̃ ro borant̃. Et recte illuc ſubdit̃. putredo oſſiū inuidia. quia per liuoris vitiū ante dei oculos pereunt: etiā que humanis ocu lis fortia vident̃. Oſſa quippe per inuidiā putreſcere eſt q̃dā etiā robuſta deperire. Puer. xiiii.

Ammonitio. xii.

Aliter āmonēdi ſunt ſimplices: atq̃ aliter impuri. Lau dandi ſūt ſimplices ꝙ ſtudeāt nūq̃ falſa dicere: ſed āmo nēdi ſunt vt nouerint nonnunq̃ vera reticere. Sicut enim ſēp dicentē falſitas leſit: ita nõnunq̃ quibuſdā audita veritas no cuit. Vñ corā diſcipulis dñs locutionē ſuā ſilētio temperans ait. Multa habeo vobis dicere: ſed nūc nõ poteſtis illa porta re. Admonēdi ſunt igit̃ ſimplices. vt ſicut fallaciā ſēper vti liter vitāt: ita veritatē ſemp̃ vtiliter ꝓferāt. Admonēdi ſūt, vt ſimplicitatis bono prudētiā adiūgāt. quatinus ſic ſecurita tē de ſimplicitate poſſideāt: vt circūſpectionē prudentie non amittāt. Hinc nāq̃ p̃ doctorē gētiū dicit̃. Volo vos ſapiētes eſſe i bono: ſimplices aūt i malo. Hic electos ſuos p̃ ſemetipſā veritas admonet dicēs. Eſtote prudētes ſicut ſerpētes: & ſim plices ſicut colūbe. Quia videlicet i electorū cordib⁹ debet & ſimplicitatem columbe aſtutia ſerpentis acuere: & ſerpentis aſtutia colūbe ſimplicitas tēperare. quatinus nec ſeducti per prudentiam calleant: nec ab intellectus ſtudio ex ſimplicita te torpeſcāt. ¶ At contra admonēdi ſunt impuri. vt q̃grauis ſit quē cū culpa ſuſtinent duplicitatis laborē agnoſcant. dum enim deprehēdi metuūt ſemp̃ improbas defenſiões querūt: ſēp̃ pauidis ſuſpitiõib⁹ agitāt̃. Nihil aūt eſt ad defēdēdū puri

Iohā. xvi. Ro. xvi. Mat̃. x.

tate tutius. nihil ad dicēdū veritate facilius. Nam dum falſi tatē ſuā tueri cogit̄: duro cor labore fatigat̄. Hinc nanq̧ ſcri

Pſal. cxxxix. ptum eſt. Labor labiorū ſuorū operiet eos. Qui enim nunc implet tunc operiet. quia cuiꝰ nunc animū per blandē inquie tudinem exegerit: tunc per aſperam retributionem premit.

Hiere. ix. Hinc per hieremiam dicit̄. Docuerūt linguā ſuā loqui mēda cium: vt inique agerent laborauerūt. Ac ſi aperte diceretur. Quia amici eſſe veritatis potuerīt ſine labore: vt peccēt labo rant. cūq̧ viuere ſimpliciter rēnuūt: laboribꝰ exigunt vt mo riātur. Nā plerūq̧ in culpa deprehēſi/dū quales ſint cognoſci refugiūt: ſeſe ſub fallacie velamē abſcōdūt. & hoc qđ peccāt: qđq̧ iā aperte cernit̄ excuſare moliūt̄. ita vt ſepe is q eoꝝ cul pas & corripere ſtudet: aſpſe falſitatis nebulis ſeductus pene amiſiſſe ſepe videat: quod de eis iā certū tenebat. Vnde recte ſub iudee ſpecie per ꝓphetā tā contra peccātem animā: excu

Eſa. xxxiiii ſantēq̧ ſe dicit̄. Ibi habuit foueā ericius. Ericii quippe nomi ne impure mētis ſeſeq̧ callide defendētis duplicitas deſigna tur. qa videlicet ericiꝰ cū apprehēdit̄ & caput eiꝰ cernit̄. & pe des vidētur. & corpus omne ꝯſpicit̄. ſed mox vt apprehēſus fuerit: ſemetipſum in ſperā colligit. & pedes ītrorſus ſubtra hit. caput abſcōdit. & intra tenētis manꝰ totꝰ ſimul amittit̄: q totꝰ ſimul āte videbat̄. Sic nimirū ſic impure mētes ſunt: cū in ſuis exceſſibꝰ ꝯprehēdunt̄. Caput enim ericii cernit̄. quia quo initio ad culpā peccator acceſſerit videt̄. Pedes ericii cō ſpiciūt̄. qa qbꝰ veſtigiis neqtia ſit ꝑpetrata cognoſcit̄. Et tñ adductis repēte excuſatiōibꝰ īpura mēs introrſus pedes col ligit. qa cūcta iniquitatis ſue veſtigia abſcōdit. Caput ſubtra hit. qa miris defēſiōibꝰ nec inchoaſſe ſe malū aliqđ oſtendit. Et quaſi ſpera in manu tenētis remanet. qa is q corripit cūcta que iam cognouerat: ſubito amittens inuolutum intra con ſcientiam peccatorem tenet. & qui totum iam deprehenden do viderat: tergiuerſatione praue defenſionis illuſus totum pariter ignorat. Foueam ergo habet ericius in reprobis. qa malicioſe mentis duplicitas ſeſe intra ſe colligens abſcondit in tenebris defenſionis. Audiant impuri quod ſcriptum eſt. Qui ambulat ſimpliciter: ambulat confidenter. Fiducia qp pe magne ſecuritatis eſt ſimplicitas actionis. Audiant quod

ſapiētis ore dicitur. Spiritus ſanctus diſcipline effugiet fictū Sapiē.i.
Audiant quid ſcriptura rurſum teſtatur. Cum ſimplicib⁹ ſer
mocinatio eius. Deo enim ſermocinari eſt per illuſtratiōem
ſue preſentie humanis mētibus archana reuelare. Cum ſim
plicibus igitur ſermocinari dicitur. quia de ſupernis myſteri
is illorum mentes radio ſue viſitationis illuminat: quos nul
la vmbra duplicitatis obſcurat. Eſt enim ſpeciale duplicium
malum. qui dum peruerſa & duplici actione ceteros fallūt:
quaſi preſtantius ceteris prudētes eſſe gloriantur. Et quia di
ſtrictionem retributionis non conſiderāt: de damnis ſuis mi
ſeri exultāt. Audiant autē quā ſuper illos propheta ſophoni
as vim diuine animaduerſionis intētat: dicens. Ecce dies do Sopho.i.
mini venit magn⁹ & horribilis. dies illa dies ire dies tenebra
rū & caliginis. dies nebule & turbinis. dies tube & clāgoris:
ſup oēs ciuitates munitas: & ſup oēs āgulos excelſos. Quid
enim p ciuitates munitas exprimit᷑: niſi ſuſpecte mentes &
fallaci ſemp defēſiōe circūdate. que quotiēs eaꝝ culpa corri
pit᷑: veritatis ad ſe iacula nō admittūt? Et qđ p excelſos āgu-
los: niſi duplicitas īpure mētis ītelligit᷑? Duplex qppe ſemp ē
in āgulis pies. Quid p āgulos pietis niſi impura corda ſignā
tur? Que dū veritatis ſimplicitatē fugiūt: ad ſemetipā quo
dāmodo duplicitatis puerſitate replicāt᷑. Et qđ ē deteri⁹ apud
cogitatiōes ſuas in fauſtu prudētie ex ipſa ſe culpa impurita
tis extollūt. Dies igit᷑ dñi vindicte atq; animaduerſionis ple
na ſup ciuitates munitas & ſup excelſos āgulos venit. qa ira
extremi iudicii humana corda & defenſiōib⁹ contra veritatē
clauſa deſtruit: & duplicitatib⁹ inuoluta diſſoluit. Tūc enim
munite ciuitates cadūt. quia mētes deo ſuſpecte dānabūtur.
Tunc excelſi anguli corruunt. quia corda que ſe per impuri
tatis prudentiam erigunt: per iuſticie ſententiam proſternū
tur.

## ¶ Ammonitio. xiii.

ALiter admonēdi ſunt incolumes: atq; aliter egri. Ad
monēdi ſūt incolumes vt ſalutē corporis exerceant
ad ſalutem mentis. ne ſi accepte incolumitatis gra-
tiam ad vſum nequitie inclinant: dono deteriores fiant. & eo
poſtmodū ſupplicia grauiora mereantur: quo nūc largiorib⁹
bonis dei male vti nō metuunt. Admonēdi ſunt incolumes:

ne oportunitatē ſalutis impꝑetuū ꝓmerēde deſpiciāt. Scriptū
ii. Cor. vi. nāqꝫ eſt. Ecce nūc tēp⁹ acceptabile. ecce nūc dies ſalutis. Ad
monēdi ſūt ne placere deo ſi cū poſſūt noluerint: cū voluerint
ſero nō poſſint. Hic eſt enī ꝙ eos poſt ſapiētia deſerit: quos pri
Prouer. i. us diuti⁹ rēnuētes vocauit dicēs. Vocaui & rēnuiſtis. extēdi
manū meā: & nō fuit q aſpiceret. Deſpexiſtis omē cōſiliū me
um: & increpatiōes meas neglexiſtis. Ego quoqꝫ in interitu
vr̄o ridebo. & ſubſannabo cū vobis: qđ timebatis aduenerit.
Ibidem Et rurſū. Tūc inuocabūt me: & nō exaudiā. mane ꝯſurgēt: &
nō inuenient me. Salus itaqꝫ corpis qn̄ ad bn̄ operādū accepta
deſpicit̃: quāti ſit muneris amiſſa ſētit̃. Et infructuoſe ad vl
timū querit̃ que cōgruo cōceſſa tēpore vtiliter nō habet̃. Vn̄
ꝓuer. v. bene p ſalomonē rurſū dicit̃. Ne des alienis honorē tuū: & an
nos tuos crudeli. ne forte impleant̃ extranei viribus tuis. &
labores tui ſint ī domo aliena. & gemas in nouiſſimis: qn̄ cō
ſūpſeris carnē & corp⁹ tuū. Qui nāqꝫ alieni a nobis ſunt: niſi
maligni ſpūs: q a celeſtis ſunt patrie ſorte ſeparati? Quis ver
bo honor noſter eſt: niſi qa in luteis corpibus cōditi: ad cōdito
ris tamen noſtri ſumus imaginē & ſimilitudinē creati? Vel
quis alius crudelis eſt: niſi ille angelus apoſtata/ qui & ſemet
ipſū pena mortis ſupbiendo ꝑtulit/ & inferre mortē humano
generi etiā pditus nō pepercit? Honorē itaqꝫ ſuū alienis dat/
qui ad dei imaginē & ſimilitudinē cōditus: vite ſue tpa mali
gnorū ſpirituū voluptatib⁹ amminiſtrat. Annos etiā ſuos cru
deli tradit: qui ad voluntatē male dn̄antis aduerſarii accepta
Ibidem viuendi ſpacia expendit. Vbi bene ſubditur. Ne forte imple
antur extranei virib⁹ tuis: & labores tui ſint in domo aliena.
Quiſquis enī per acceptā valitudinē corporis per tributā ſibi
ſapiētiā mētis nō exercēdis virtutib⁹: ſed perpetrādis vitiis
elaborat: nequaq̄ ſuis viribus ſuam domū: ſed extraneorum
habitacula. i. immundorum ſpirituū facta multiplicat. nimi
rum vel luxuriando vel ſuperbiendo agens: vt etiam ſe addi
Ibidem to perditorum numer⁹ creſcat. Bene aūt ſubditur. Et gemas
in nouiſſimis qn̄ cōſumpſeris carnē & corpus tuū. Plerumqꝫ
accepta ſalus carnis per vitia expēditur. ſed cum repente ſub
trahitur cū moleſtiis caro atteritur. cum iam egredi anima
vrgetur: diu male habita quaſi ad bene viuēdū ſalus amiſſa

requirit᷑. Et tūc gemūt hoīes ꝙ deo ſeruire noluerūt quando
dāna negligētie ſue recuperare ſeruiēdo nequaq̄ poſſūt. Vn̄
alias dr̄. Cū occideret eos: tūc reqrebāt eū. At cōtra admonē Pſal.lxxvii
diſunt egri. vt eo ſe filios dei ſentiant quo illos diſcipline fla
gella caſtigāt. Niſi enim correctis hereditatem dare diſpone
ret: erudire eos per moleſtias non curaret. Hinc nāqꝫ ad iohā
nem dominꝰ per angelū dicit. Ego quos amo arguo & caſti- Apoca. iii.
go. Hinc rurſum ſcriptum eſt. Fili mi noli negligere diſcipli Hebr̄.xii.
nā domini. neqꝫ fatigeris cū ab eo argueris. Quē enim dili-
git dominus caſtigat. flagellat autem omnem filiū quē reci-
pit. Hinc pſalmiſta ait. Multe tribulatiōes iuſtorū. & de om Pſal.xxxiii
nibꝰ his liberauit eos dominus. Hic quoqꝫ beatꝰ Iob in dolo Iob.x.
re exclamās ait. Si iuſtus fuero non leuabo caput: ſaturatus
afflictione & miſeria. Dicendum eſt egris. vt ſi celeſtē patriā
ſuam eſſe credūt: neceſſario in hac labores velut in aliena pa
tiantur. Hinc eſt enī ꝙ lapides extra tunſi ſunt: vt in conſtru
ctione templi domini abſqꝫ mallei ſonitu ponerētur. quia vi-
delicet nūc foris per flagella tūdimur vt intus in templū dei
poſtmodū ſine diſcipline percuſſione diſponamur: quatinus
quicqd in nobis ē ſuperfluū: modo ꝑcuſſio reſecet. & tūc ſola
nos in edicitio cōcordia charitatis liget. Admonēdi ſūt egri:
vt ꝯſiderēt ꝓ percipiendis terrenis hereditatibus: quomodo
dura carnales filios diſcipline flagella caſtigent. Que ergo
nobis diuine correptionis pena grauis ē. ꝓ quā & nunq̄ amit
tēda hereditas ꝑcipitur. & ſēper manſura ſupplicia vitantur.
Hinc etenim paulꝰ ait. Patres quidē carnis noſtre habuimus Hebr̄.xii.
eruditores: & reuerebamur eos. nōne multo magis obtem-
perabimus patri ſpirituū & viuemꝰ? Et illi quidē in tp̄e pau
corū dierū ſecūdū volūtatē ſuā erudiebāt nos. Hic autē ad id
qđ vtile eſt in recipiendo ſanctificationē eiꝰ. Admonēdi ſunt
egri: vt cōſiderēt quāta ſalus cordis ſit moleſtia corporalis. q̄
ad cognitionē ſui mētē reuocat. & quā plerūqꝫ ſalꝰ obiicit: in
firmitatis memoria reformat. vt animus qui extra ſe in elati
onē ducitur: cui ſit cōditioni ſubditꝰ: ex percuſſa quā ſuſtinet
carne memoretur. Quod recte per balaam: ſi tamen vocē dei
ſubſequi obediendo voluiſſet: in ipſa itineris retardatione ſi-
gnat᷑. Balaā nāqꝫ vt ꝑueniret ad propoſitū tendit. ſed eiꝰ vo-

tū aīal cui preſedit ꝑpedit. ꝓhibitione qppe īmorata aſina an
gelū videt: quē humana mēs nō videt. qa plerūq; caro p mo-
leſtias tarda flagello ſuo mēti deū iudicat: quē mens ipſa car
ni preſidēs nō videbat. ita vt anxietatis ſpirit⁹ ꝓficere in hoc
mūdo cupiētis: velut iter tendētis impediat: donec ei inuiſibi
ii. Pet. ii. lem qui ſibi obuiat innoteſcat. Vnde & bene p petrū dicitur
Correptionē habuit ſue veſanie ſubiugale mutū. qđ in hoīs
voce loquēs ꝓhibuit ꝓphete inſipientiā. Inſan⁹ quippe homo
a ſubiugali muto corripit: quādo elata mens humilitatis bo
nū qđ tenere debeat ab afflicta carne memorat. Sed hui⁹ cor
reptiōis donū idcirco balaā nō obtinuit. qa ad maledicēdū p
gēs vocē non mentē mutauit. Admonēdi ſunt egri: vt cōſide
rent quāti ſit muneris moleſtia corporalis. q̄ & admiſſa pecca
ta diluit: & admitti ea que poterant cōpeſcit. que ſumpta ab
exterioribus plagis: cōcuſſe menti penitētie vulnera infligit
Vnde ſcriptū eſt. Liuor vulneris abſtergit mala. & plaga in
ſecretioribus vētris. Mala eni liuor vulneris abſtergit. quia
flagellorū dolor vel cogitatas vel perpetratas neqtias diluit
Solet vero vētris appellatiōe mens accipi. quia ſicut vēter cō
ſumit eſcas: ita mens pertractādo excoquit curas. Quia eni
ꝓuer. xx. vēter mens dicit: ea ſententia docet qua ſcriptū eſt. Lucerna
dñi ſpiraculū hoīs. que inueſtigat omnia ſecreta ventris. Ac
ſi diceret. diuine afflatus ſciētie cū in mentē hoīs venerit: eā
ſibimetipſi illuminās oſtēdit: que ante ſpūs ſancti aduētū co-
gitationes prauas & portare poterat: & penſare neſciebat. Li
uor ergo vulneris abſtergit mala: & plaga in ſecretiorib⁹ ven
tris. quia dū exterius percutimur: ad peccatorū noſtrorū me
moriā taciti afflictiq; reuocamur: atq; ante oculos noſtros cū
cta que a nobis ſunt male geſta reducimus. & p hoc qđ foris
patimur: magis intus qđ fecimus dolemus. vnde fit vt inter
aperta vulnera corporis amplius nos abluat plaga ſecreta vē
tris. qa ſanat nequitias praui operis: occultū vulnus doloris.
Admonendi ſunt egri: quatinus patientie virtutē ſeruētvt in
ceſſanter quāta redēptor noſter ab his quos creauerat pertu-
lit mala cōſiderent. ꝙ tot obiecta cōuitiorū probra ſuſtinuit
ꝙ de manu antiqui hoſtis captiuorū animas quotidie rapiēs
inſultantiū alapas accepit. ꝙ aqua ſalutis nos diluens: a per-

fidorũ ſputis faciẽ nõ abſcõdit. ꝙ vocatiõe ſua nos ab eternis ſuppliciis liberans: tacitus flagella tolerauit. ꝙ inter angelorũ choros perhẽnes nobis honores tribuens: colaphos pertulit. ꝙ a peccatoꝝ nos pũctionibus ſaluãs ſpinis caput ſupponere non recuſauit. ꝙ eterna nos dulcedine deebrians: in ſiti ſua fellis amaritudinẽ accepit. ꝙ ꝑ nobis patrẽ q̃uis diuinitate eſſet equalis adorauit: ſub irriſione adoratus tacuit. ꝙ vitã mortuis preparãs: vſq; ad mortẽ ipſe vita puenit. ¶ Cur itaq; aſperũ credit᷑ vt a deo homo tolleret flagella pro malis: ſi tãta deus ab hoĩbus ptulit mala ꝑ bonis? Aut quis ſana intelligẽtia de pcuſſione ſua ingrat⁹ exiſtit: ſi ipſe hinc ſine flagello nõ exiit: q hic ſine peccato vixit? ¶ Ammonitio. xiiii.

Aliter ammonẽdi ſũt qui flagella metuũt & ꝓpterea innocẽter viuũt: atq; aliter admonẽdi ſunt q ſic in iniquitate duruerũt: vt neq; p flagella corrigãtur. Dicendũ nãq; eſt flagella timẽtib⁹: vt & bona tẽporalia nequaq̃ pro magno deſiderent que adeſſe etiã prauis videt. & mala preſentia nequaq̃ velut intolerabilia fugiãt: quib⁹ hic plerũq; etiã bonos affici nõ ignorant. Admonẽdi ſunt qui flagella metuũt. vt ſi malis veraciter carere deſiderãt: eterna ſupplicia perhorreſcant. neq; in hoc ſuppliciorũ timore pmaneant: ſed ad amoris gratiã nutrimẽto charitatis excreſcant. Scriptũ quippe eſt Perfecta charitas foras mittit timorẽ. Et rurſum ſcriptũ eſt. Non accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore: ſed ſpiritũ adoptionis filiorũ: in quo clamamus abba pater. Vnde idẽ doctor iterum dicit. Vbi ſpiritus domini ibi libertas. Si ergo adhuc a praua actione formidata pena prohibet: profecto formidãtis animũ nulla ſpiritus libertas tenet. Nam ſi penã non metueret: culpam proculdubio perpetraret. Ignorat itaq; mens gratiam libertatis: quam ligat ſeruitus timoris. Bona enim pro ſeipſis amanda ſunt & non penis compellẽtibus exequẽda. Nam qui propterea bonum facit quia tormentorũ mala metuit: vult non eſſe quod metuat / vt audacter illicita cõmittat. Vnde luce clarius conſtat ꝙ coram deo innocẽtia amittitur: ante cuius oculos deſiderio peccat᷑. ¶ At contra hi quos ab iniquitatibus nec flagella compeſcunt / tanto acriori inuectione feriendi ſunt: quãto maiore inſenſibilitate duruerũt.

i. Iohã. iiii.
Roma. viii
ii. Coꝝ. iii.

Plerūqꝫ enim ſine dedignatiōe dedignādi ſunt: ſine deſpatio
ne deſperādi. ita dūtaxat/ vt oſtenſa deſperatio formidinē in
cutiat: & ſubiūcta admonitio ad ſpē reducat. Diſtricte itaqꝫ
cōtra illos diuine ſentētie proferēde ſunt: vt ad cognitionem
ſui ꝯſiderata eterna animaduerſiōe reuocētur. Audiāt enim
Prouerbi. in ſe impletū eſſe qđ ſcriptū eſt. Si cōtuderis ſtultū in pila/ q̄ſi
xxvii. typſanas feriēte deſuper pilo: nō auferetur ab eo ſtulticia eiꝰ.
Hiere. v. Cōtra hos ꝓpheta dn̄o cōqueriť: dicēs. Attriuiſti eos & rēnu
erūt accipere diſciplinā. Hinc eſt ꝙ dominꝰ dicit. Interfeci &
Eſa. ix. ꝑdidi populū iſtū: & tamē a viis ſuis nō ſunt reuerſi. Hinc rur
ſum ait. Populꝰ nō eſt reuerſus ad percutiētem ſe. Hinc voce
flagellātiū ꝓpheta hieremias cōqueriť dicēs. Curauimus ba
bylonē: & nō eſt ſanata. Babylō quippe curať nec tamē ad ſa
nitatē reduciť: quādo mēs in praua actiōe cōfuſa verba cor
reptiōis audit. flagella correptiōis ꝑcipit: & tn̄ ad recta ſalu-
tis itinera redire cōtēnit. Hic captiuū populū iſraeliticū nec
Eze. xxii. tamē ab iniquitate cōuerſum dn̄s exprobrat dicēs. Verſa eſt
mihi domꝰ iſrael in ſcoriā. omnes iſti facti ſūt mihi es: & ſtā
num & ferrū & plūbū in medio fornacis. Ac ſi aperte dicat.
Purgare eos ꝑ ignē tribulatiōis volui: & argētū illos vel au
rū fieri queſiui: ſed in fornace mihi in es ſtānū & ferrū & plū
bum verſi ſunt. quia nō ad virtutē: ſed ad vitia etiā in tribula
tiōe proruperūt. Es quippe dū percutiť: āpliꝰ metallis cete-
ris ſonitū reddit. Qui igiť in ꝑcuſſiōe poſitꝰ/ erūpit ad ſoni-
tum murmuratiōis: in es verſus eſt in medio fornacis. Stan-
num vero cū ex arte cōponiť: argēti ſpeciē mētiť. Qui vero
ſimulatiōis vitio nō caret in tribulatiōe: ſtānum factus eſt in
fornace. Ferro autē vtiť: qui vite ꝓximi inſidiať. Ferrū itaqꝫ
in fornace eſt qui nocēdi maliciā nō amittit in tribulatione.
Plūbū quoqꝫ ceteris metallis eſt grauiꝰ. In fornace ergo plū
bum inueniť: qui ſic peccati ſui pōdere premiť: vt etiā in tri-
bulatiōe poſitꝰ a terrenis deſideriis nō leueť. Hinc rurſū ſcri
Eze. xxiiii. ptū eſt. Multo labore ſudatū eſt: & nō exiuit de ea nimia ru
bigo eiꝰ neqꝫ ꝑ ignē. Ignē q̄ppe nobis tribulatiōis āmonet:
vt in nobis rubiginē vitiorū purget. ſed nec ꝑ ignē rubiginē
amittimꝰ: quādo & inter flagella vitio non caremꝰ. Hinc pro
Hiere. vi. pheta iterū dicit. Fruſtra cōflauit cōflator: malicie eorū non

ſunt cõſumpte. Sciẽdũ vero eſt ꝙ nõnunq̃ cũ inter flagellorũ duriciã remanent incorrecti: dulci ſunt admonitione mulcen di. Quos enim cruciamẽta nõ corrigũt: nõnunq̃ ab iniquis actionib⁹ lenia blãdimẽta cõpeſcũt. Quia & plerumq; egros quos fortis pigmẽtorũ potio curare non valuit: ad ſalutẽ pri ſtinã tepẽs aqua reuocauit. & nõnulla vulnera que curari in ciſione nequeũt: fomẽtis olei ſanãtur. Et dur⁹ adamas inciſio nẽ fieri minime recipit ſed leui hircorũ ſanguine molleſcit.

## ¶ Ammonitio. xv.

Aliter admonẽdi ſũt nimis taciti: atq; aliter multiloqo vacãtes. Inſinuari nãq; nimis tacitis debet: quia dum quedã vitia incaute fugiũt: occulte deteriorib⁹ implicantur. Nã ſepe linguã quia immoderatius premũt/ in corde graui⁹ multiloquiũ tolerãt. vt eo plus cogitationes in mẽte ferueãt/ quo illas violẽta cuſtodia indiſcreti ſilẽtii anguſtat. Que ple rũq; tãto latius quoq; diffluũt: quãto ſe eſſe ſecurius eſtimãt. quia foris a reprehẽſorib⁹ nõ videtur. Vnde nõnunq̃ mẽs in ſuperbiã tollitur. & quos loquentes audit/ quaſi infirmos de ſpicit. Cũq; os corporis claudit: quantũ ſe vitiis ſupbiẽdo api at nõ cognoſcit. Linguã etenim premit. mẽtẽ eleuat. Et cũ ſu am maliciã atq; nequitiã minime cõſiderat: tãto apud ſe cũ ctos liberius: quãto & ſecretius accuſat. ¶ Admonẽdi ſũt igi tur nimis taciti: vt ſcire ſollicite ſtudeãt: nõ ſolũ quales exte rius oſtẽdere: ſed etiã quales ſe debeant interius exhibere. vt plus ex cogitationibus occultũ iudicium q̃ ex ſermonib⁹ rep hẽſionẽ metuãt proximorũ. Vnde per ſalomonẽ quoq; ſcri ptum eſt. Fili mi attẽde ſapiẽtiã. & prudẽtie mee inclina au rem tuã: vt cuſtodias cogitationes. Nihil quippe in nobis eſt corde fugacius qđ a nobis totiẽs recedit: quotiẽs per prauas cogitatiões defluit. Hinc eteni pſalmiſta ait. Cor meũ dere liquit me. Hinc ad ſemetipſum rediẽs: ait. Inuenit ſeru⁹ tu⁹ cor ſuũ vt oret te. Cũ ergo cogitatio per cuſtodiã reſtringitur: cor qđ fugere cõſueuit inueniť. Plerũq; autẽ nimis taciti cũ nonnulla iniuſta patiãtur/ eo in acriorẽ dolorẽ prodeunt: quo ea q̃ ſuſtinẽt nõ loquũtur. Nã ſi illatas moleſtias tranqlle lin gue ſermõe dicerẽt: a cõſciẽtia dolor emanaret. Vulnera eni clauſa plus cruciãt. Nã cũ putredo que interius feruet eiiciť:

Puer. v.

Pſal. xxxix

ad ſalutem dolor aperit᷑. Scire igit᷑ debent qui pluſq̄ expedit
tacēt:ne inter moleſta que tolerāt dum linguā tenēt: vim do
loris exaggerēt. ¶Admonendi ſunt enim: vt ſi ꝓximos ſicut
ſe diligūt: minime illis taceāt vñ eos iuſte reprehēdāt. Vo-
cis enim medicamine vtrorūqꝫ ſaluti cōcurrit᷑: dū & ab illo q̄
infert actio praua atqꝫ pūerſa cōpeſcit᷑: & ab hoc qui ſuſtinet
doloris feruor vulnere apto tēperat᷑. Qui enim ꝓximorum
mala reſpiciūt:& tamē in ſilētio linguā premūt:quaſi conſpe
ctis vulnerib⁹ vſum medicaminis ſubtrahūt & eo mortis au
ctores fiunt. quo virus quod potuerūt curare noluerūt. Lin
gua itaqꝫ diſcrete frenāda eſt:nō inſolubiliter obligāda. Scri
Eccli.xx. ptū nāqꝫ eſt. Sapiēs tacebit vſqꝫ ad tēpus. vt nimirū cū oportu
nū cōſiderat poſtpoſita cēſura ſilētii: loquēdo que cōgruūt in
Eccl's.iii. vſum ſe vtilitatis impēdat. Et rurſum quoqꝫ ſcriptū eſt. Tē-
pus tacendi :& tempus loquendi. Diſcrete quippe viciſſitudi
num penſanda ſunt tempora. ne aut cum reſtringi lingua de
bet:per verba inutiliter defluat. aut cum loqui vtiliter poteſt:
ſemetipſam pigre reſtringat. Quod bene pſalmiſta conſide-
Psal.xl. rans:dicit. Pone domine cuſtodiā ori meo : & oſtium circū-
ſtantie labiis meis. Nō enim poni ori ſuo parietem:ſed oſtiū
petit. quod videlicet aperitur & claudit᷑. Vnde & nobis cau
te diſcendū eſt:quatinus os diſcrete & cōgruo tēpore vox api
at:& rurſum cōgruo taciturnitas claudat. At cōtra admonē
di ſunt multiloquio vacātes:vt vigilanter aſpiciant a quanto
rectitudinis ſtatu depereūt: dum per multiplicia verba dila
buntur. Humana etenim mens aque more & circuncluſa ad
ſuperiora colligitur. quia illic repetit vnde deſcēdit & relaxa
ta deperit. quia ſe per infima inutiliter ſpargit. Quot enim
ſuper ſe vacuis verbis a ſilētii ſui cenſura diſſipatur:quaſi tot
riuis extra ſe ducitur. Vnde & redire interius ad ſui cogniti
onē nō ſufficit. quia per multiloquiū ſparſa : a ſecreto ſe inti
me cōſiderationis excludit. Totam vero ſe inſidiantis hoſtis
vulneribus detegit. quia nulla munitione cuſtodie circunclu
ꝓuer. xxv. dit. Vnde ſcriptū eſt. Sicut vrbs patēs & abſqꝫ murorū ambi
tu:ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuū.
Quia enī murū ſilētii nō habet. patet inimici iaculis ciuitas
mentis. Et cum ſe per verba extra ſemetipā eiicit:apertam

ſe aduerſario oſtēdit. Quā tanto ille ſine labore ſuperat: quā to & ipſa que vincit' cōtra ſemetipām per multiloquium pugnat. Plerūq3 autē dū per quoſdam gradus deſidioſa mēs in lapſum caſus impellit'. dū ocioſa cauere verba negligimus: ad noxia quandoq3 peruenimus. vt prius loqui aliena libeat: & poſtmodū detractiōib9 eorū vitā de quib9 loquit' mordeat. Ad extremū vero vſq3 ad apertas lingua cōtumelias erumpat. Hinc ſeminātur ſtimuli. oriūtur rixe. accēduntur faces odiorū. pax extinguitur cordiū. Vnde bene per ſalomonem dicitur. Qui dimittit aquā: caput eſt iurgiorū. Aquā quippe dimittere eſt linguā in fluxum eloquii relaxare. Quo cōtra in bona etiā parte iterū dicitur. Aqua ꝓfunda verba ex ore viri. Qui ergo dimittit aquā caput eſt iurgiorū. q̄a qui linguā nō refrenat: cōcordiā diſſipat. Vn̄ e diuerſo ſcriptū eſt. Qui imponit ſtulto ſilentium: iras mitigat. Quia autem multiloquio quiſq3 ſeruiens linguam frenare nequiuerit: accidit vt rectitudinem iuſticie tenere nequaq̄ poſſit. teſtatur propheta qui ait. Vir linguoſus non dirigetur ſuper terram. Hinc quoq3 ſalomon iterū dicit. In multiloquio nō deerit peccatū. Hinc eſaias ait. Cultus iuſticie/ſilentium videlicet indicans. quia mēs a iuſticia deſolatur: quādo & ab immoderata locutione non parcitur. Hinc iacobus ait. Si quis putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam: ſed ſeducēs cor ſuū/ huius vana eſt religio. Hinc rurſus ait. Sit omnis homo velox ad audiēdū. tardus aūt ad loquendū. Hinc iterū adiūgit. Lingua ingētū malū: plena veneno mortifero. Hīc ꝑ ſemetipām nos veritas admonet dicēs. Omne verbū ocioſū qđ locuti fuerint homines: reddēt de eo rationē in die iudicii. Ocioſū q̄ppe verbū ē qđ aut ratiōe iuſte neceſſitatis: aut intētiōe pie vtilitatis caret. Si ergo de ocioſo ſermōe ratio exigit': pēſem9 q̄ pena multiloqo maneat: ī quo etiā ꝑ noxia v̄ba peccat'.

puer. xvii.
puer. xviii.
puer. xxvi.
Pſal. cxxxix.
puer. x.
Iaco. i.
Ibidem
Iaco. iii.

Ammonitio. xvi.

Aliter admonēdi ſunt pigri: atq3 aliter precipites. Illi nāq3 ſuadendi ſunt ne agēda bona dum differunt amittant. iſti vero admonendi ſunt ne dum bonorum opus incaute preueniēdo arripiunt: eorū merita immutent. Pigris itaq3 intimādum eſt q̄ ſepe dū oportune agere que poſſumus nolumus: paulopoſt cū volumus

nō valem⁹. Ipſa qppe mētis deſidia dū cōgruo feruore nō at
tēdit̄: a bonorū deſiderio funditus cōualeſcēte furtim corpe
ꝓuer.xix. mactatur. Vnde apte per ſalomonē dr̄. Pigredo immittit ſo
porē. Piger enim recte ſentiēdo quaſi vigilat/q̄uis nil operā
do torpeſcat. Sed pigredo ſoporē immittere dr̄/qa pauliſper
etiā recte ſentiēdo vigilātia amittit̄: dū a bene opandi ſtudio
ceſſat̄. Vbi recte ſubiūgit̄. Et anima diſſoluta eſuriet. Nam
mēs qa ſe ad ſuperiora ſtringēdo nō dirigit: neglectā ſe infe
rius per deſideria expādit. & dū ſtudiorū ſublimiū vigore nō
cōſtringit̄: cupiditatis infime fame ſauciat̄. vt quo ſe per di
ſciplinam ligare diſſimulat: eo ſe eſuriēs per voluptatū deſi
Ibidem deria ſpargat. Hinc ab eodē rurſus ſalomone ſcribit̄. In deſi
Mat̄.xii. deriis eſt omnis ocioſus. Hinc ipſa veritate p̄dicāte/vno qdē
exeūte ſpiritu mūda dom⁹ dicit̄: ſed multiplicius redeūte dū
vacat occupat̄. Plerūq; piger dū neceſſaria agere negligit: q̄
dā ſibi difficilia opponit: quedā vero incaute formidat. & dū
q̄ſi inuenit qđ velut iuſte metuat: oſtēdit ꝙ in ocio quaſi iniu
ꝓuer.xx. ſte torpeſcat. Cui recte per ſalomonē dr̄. Propter frigus pi
ger arare noluit. mēdicabit ergo eſtate & nō dabit̄ ei. Propt̄
frigus quippe piger nō arat: dū deſidia & torpore cōſtrictus
agere que debet bona conſiderat & diſſimulat. Propter frig⁹
quippe piger nō arat: dum parua ex aduerſo mala metuit: &
opari maxima pretermittit. Bene autē dicit̄. mēdicabit eſta
te & non dabitur ei. Qui enim nunc in bonis operibus non
exudat: cum ſol iudicii feruentior aparuerit/quia fruſtra re
gni aditū poſtulat: nihil accipiens eſtate mēdicat. Bene hinc
Eccl's.xi. per eundem ſalomonē rurſum dicit̄. Qui obſeruat ventum
nō ſeminat. & qui cōſiderat nubes nūq̄ metit. Quid eni p vē
tū niſi malignorū ſpirituū tentatio exprimit̄? Et qđ p nubes
que mouent̄ a vēto: niſi aduerſitates prauoꝝ hoīnū deſignā
tur? A vētis qppe impellunt̄ nubes. qa immūdorū ſpirituū
afflatu praui excitant̄ hoīes. Qui ergo obſeruat vētū nō ſe
minat: & q ꝯſiderat nubes nūq̄ metit. qa quiſqs tētationē ma
lignoꝝ ſpirituū. quiſqs pſecutionē prauoꝝ hoīm metuit: ne
ꝙ nunc grana boni operis ſeminat: neq; tunc manipulos ſan
cte retributionis ſecat. At cōtra admonendi ſunt precipites.
quia dum bonorum actuum preueniūt tempus: meritū per

uertunt. & ſepe in malis corruūt: dū bona minime diſcernūt. Qui nequaq̄ quid: quomodo: vel qn̄ queq; agāt inſpiciūt: ſed plerūq; acta qa ita nō debuerūt agere cognoſcūt. His ſub auditoris ſpecie recte p ſalomonē dicit̄. Fili ſine cōſilio nihil facias: & poſt factū nō penitebis. Et rurſum. Palpebre tue p̄cedāt greſſus tuos. Palpebre qppe greſſus precedūt: cū operatione noſtrā cōſilia recta preueniūt. Qui enī negligit cōſiderando preuidere qđ facit: greſſus tendit, oculos claudit. pergēdo iter cōficit: ſed preuidēdo ſibimetipſi nō antecedit. atq; idcirco citius corruit/ quia quo pedē operis ponere debeat: per palpebram cōſilii non attendit. Eccl̄. xxxii. puer. iiii.

Ammonitio. xvii.

[a] Aliter ammonēdi ſunt māſueti: atq; aliter iracūdi. Nonnunq̄ vero māſueti cū preſunt vicinū/ & quaſi iuxta poſitū torporē deſidie patiūtur. Et plerūq; nimia reſolutiōe lenitatis vltra q̄ neceſſe eſt vigorē diſtrictionis emolliūt. At cōtra iracūdi cū regiminū loca percipiūt/ quo impellente ire in mētis veſaniā deuoluūtur: eo etiā ſubditorū vitā diſſipata quietis trāquillitate cōfundūt. Quos cum furor agit impreceps ignorāt quicqd irati faciūt: ignorāt quicqd patiūtur irati a ſemetipſis. Nonnunq̄ vero quod eſt grauius/ ire ſue ſtimulū iuſticie zelū putant. Et cū vitiū virtus credit̄: ſine metu culpa cumulatur. Sepe ergo manſueti diſſolutionis torpeſcunt tedio. ſepe iracūdi rectitudinis falluntur zelo. Illorꝝ itaq; virtuti vitiū latenter adiūgitur. his autē ſuū vitiū quaſi virtus feruens videtur. Admonendi ſunt igitur illi: vt fugiāt quod iuxta ipſos eſt: iſti quod in ipſis. Attēdant illi quod non habēt: diſcernant iſti quod habent. Amplectātur manſueti ſollicitudinem: damnent iracundi perturbationē. ¶ Admonēdi ſunt māſueti vt habere etiam emulationem iuſticie ſtudeant. admonendi ſunt iracundi vt emulationi quam ſe habere exiſtimant: manſuetudinē ſubiungant. Idcirco nanq; ſpiritus ſanctus in columba & in igne monſtratur. quia videlicet omnes quos implet & columbe ſimplicitate manſuetos: & igne zeli ardētes exhibet. Nequaq̄ ergo ſctō ſpū plen⁹ eſt: q aut in tranquillitate māſuetudinis feruorē emulationis deſerit. aut rurſum in emulatiōis ardore virtutē māſuetudinis amittit. Qđ forte melius oſtēdim⁹: ſi i mediū pauli magiſteriū ꝑferam⁹:

qui duob⁹ diſcipulis & non diuerſa charitate preditis: diuer
ſa tamē adiutoria predicatiōis impēdit. Thimotheū nāq; ad
ii. Thi. iiii. monēs: ait. Argue. obſecra. increpa cū omni patientia & do
Ad tyt. ii. ctrina. Tytū quoq; admonet dicens. Hec loquere & exhorta
re: & argue cum omni imperio. Quid eſt ꝙ doctrinā ſuam
tāta arte diſpēſat: vt in exhibēda hac alteri imperiū/atq; alte
ri patiētiā ꝓponat: niſi ꝙ māſuetioris ſpirit⁹ Tytū: & paulo
feruētioris vidit eſſe Thimotheū? Illū p emulatiōis ſtudiū in
flāmat: hunc per lenitatem patientie temperat. Illi quod de-
eſt iūgit: huic quod ſupereſt ſubtrahit. Illum ſtimulo impel-
lere nitit̃: hūc freno moderat̃. Magn⁹ quippe ſuſcepte eccle-
ſie colon⁹ alios palmites vt creſcere debeāt rigat: alios cum
plus iuſto creſcere cōſpicit reſecat. ne aut nō creſcēdo non fe
rāt fruct⁹: aut īmoderate creſcēdo quos ꝓtulerūt amittāt. Sed
lōge alia eſt ira que ſub emulatiōis ſpecie ſurripit: alia q̄ tur
batū cor & ſine iuſticie pretextu ꝯfundit. Illa enim in hoc qđ
debet inordinate extēdit̃: hec autē ſemp in his que nō debet
inordinate inflāmatur. Sciēdū quippe eſt quia in hoc ab impa
tientibus iracundi differunt. ꝙ illi ab aliis illata nō tolerant.
iſti autē etiam que tolerātur imponunt. Nam iracundi ſepe
etiā ſe declināntes inſequūtur. rixe occaſionē cōmouent. labo
re contentionis gaudent. quos tamen melius corrigimus: ſi
in ipſa ire ſue cōmotiōe declinamus. Perturbati quippe quid
audiāt ignorāt. ſed ad ſe reducti tāto libētius exhortationis
verba recipiūt: quanto ſe tranquillius toleratos erubeſcunt.
Mēti autē furore ebrie omne rectū qđ dicit̃ peruerſū videt̃.
i. Re. xxv. Vñ & nabal ebrio culpā ſuā abigail laudabiliter tacuit: quā
digeſto vino laudabilit̃ dixit. & idcirco malum qđ fecerat co
gnoſcere potuit. q̄a hoc ebri⁹ nō audiuit. Cū vero ita iracūdi
alios īpetūt vt declinari oīno nō poſſint: nō apta exꝓbratiōe:
ſed ſub q̄dā ſūt cautela reuerētie parcēdo feriēdi. Qđ melius
oſtendim⁹: ſi abner factū ad mediū deducam⁹. Hūc quoq; cū
ii. Re. ii. azahel vi incaute ꝑcipitatiōis impeteret: ſcriptū ē. Locut⁹ eſt
abner ad azahel dicēs. Recede a me. noli me pſequi: ne cōpel
lar cōfodere te in terrā. Qui audire cōtēpſit: & noluit decli-
nare. Percuſſit ergo eū abner auerſa haſta ī inguine & tranſ
fodit eū: & mortu⁹ eſt. Cuius eni azahel typū tenuit: niſi eorū

quos vehemēter arripiēs furor impreceps ducit? Qui in eo
dē furoris impetu tanto caute declinādi ſunt: quanto & inſa
ne rapiūtur. Vnde & abner (qui noſtro ſermone patris lucer
na dicitur) fugit. quia doctorū lingua que ſupernū dei lumē
indicat: cū per abrupta furoris mētē cuiuſpiā ferri cōſpicit.
cunqꝫ cōtra iraſcētē diſſimulat verborū iacula reddere: q̄ſi ꝑ
ſequētē nō vult ferire. Sed cū iracūdi nulla ꝯſideratiōe ſe mi
tigant: q̄ſi azahel pſequi & inſanire nō ceſſāt. Neceſſe ē vt hi
q furētes conant̄ reprimere: nequaq̄ in furore ſe erigant. ſed
quicq̄d ē trāquillitatis oſtēdāt. q̄dā vero ſubtiliter ꝓferāt: i q
bus ex obliquo furētis animū pugnāt. Vn̄ & abner cū cōtra
ꝑſequētē ſubſtitit: nō eū recta: ſed auerſa haſta tranſforauit.
Ex mucrone q̄ppe ꝑcutere eſt impetu apte increpatiōis obui
are. Auerſa vero haſta perſequētem ferire eſt furētem tranq̄l
le ex quibuſdam tangere & quaſi parcēdo ſuperare. Azahel
autem protinus occubuit. quia cōmote mentes dum & parci
ſibi ſentiūt & tamē reſponſionū ratione in intimis ſub trāq̄l-
litate tāgūtur: ab eo q̄ ſe erexerāt ſtatim cadunt. Qui ergo a
furoris ſui impetu ſub leuitatis percuſſione reſiliūt: quaſi ſi-
ne ferro moriūtur. ¶ Ammonitio. xviii.

Aliter admonendi ſunt humiles: atqꝫ aliter elati. Illis in
ſinuandum eſt q̄ ſit vera excellentia quam ſperando te
nēt. iſtis vero intimādū eſt q̄ ſit nulla tēporalis gloria quā &
amplectētes nō tenēt. Audiāt humiles q̄ ſint eterna q̄ appe-
tūt q̄ trāſitoria q̄ cōtenūt. Audiāt elati q̄ ſint tranſitoria q̄ ābi
unt: q̄ eterna q̄ ꝑdūt. Audiāt humiles ex magiſtra voce veri
tatis. Oīs q ſe humiliat exaltabit̄. Audiant elati. Oīs q ſe ex Luce. xviii
altat humiliabit̄. Audiāt humiles. Gloriā ꝓcedit humilitas. Ibidem
Audiāt elati. Ante ruinā exaltat̄ ſpūs. Audiāt humiles. ſup ꝓuer. xv.
quem requieſcet ſpiritus meus niſi ſuper humilem & quietū ꝓuer. xvi.
& trementem ſermones meos. Audiāt ſuperbi. qd ſuperbis Eſa. lxvi.
terra & cinis. Audiant humiles. deus humilia reſpicit. Au Eccli. x.
diant elati. & alta a longe cognoſcit. Audiant humiles. quia Pſal.
filius hominis non venit miniſtrari: ſed miniſtrare. Au- cxxxvii.
diant elati. quia initium omnis peccati ſuperbia eſt. Audiāt Mat. xx.
humiles. quia redemptor noſter humiliauit ſemetipſum: Eccli. x.
factus obediens patri vſqꝫ ad mortem. Audiant elati quod Phil. ii.

Iob.xli. de eorum capite ſcriptum eſt. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios
ſuperbie. Occaſio igitur perditionis noſtre facta eſt ſuperbia
diaboli. & argumētum redemptionis noſtre inuenta eſt hu-
militas dei. Hoſtis enim noſter inter omnia conditus: voluit
videri ſuper omnia elatus. redēptor autē noſter magnus ma
nēs ſuper omnia: fieri inter omnia dignat⁹ eſt paruul⁹. Dicat̄
ergo humilib⁹. quia dū ſe deiiciūt: ad dei ſimilitudinē aſcēdūt
Dicat̄ aūt elatis. qa dū ſe erigūt: in apoſtate āgeli imitatiōe
cadūt. Quid itaꝗ elatiōe deiecti⁹: que dū ſupra ſe tēdit̄: ab al
titudine vere celſitudinis elongat̄? Quid aūt humilitate ſub
limi⁹: que dū ſe in ima deprimit: auctori ſuo manēti ſup ſum
ma ꝯiungit̄? Eſt tamē aliud qđ in eis debeat caute pēſari. qa
ſepe qdā humilitatis decipiunt̄ ſpecie: qdā vero elatiōis ſue
ignorātia fallūtur. Nā plerūꝗ nōnullis q ſibi humiles vidē-
tur: is q hominib⁹ deferri nō debet cōiūct⁹ eſt timor. plerūꝗ
vero elatos comitari ſolet libera vocis aſſertio. Et cū quedam
increpāda ſūt vitia illi reticēt ex timore: & tamē tacere ſe eſti
māt ex humilitate. iſti loquūtur p impatiētiā elationis: & tn̄
ſe credūt loqui p libertatē rectitudinis. Illos vt pverſa nō in-
crepēt ſub ſpecie humilitatis p̄mit culpa formidinis. iſtos ad
īcrepāda q nō debēt aut magis q̄ debēt: ſub imagīe libertatis
effrenatio īpellit timoris. Vn̄ & elati admonēdi ſūt: ne pluſq̄
decet ſint liberi. & humiles admonendi ſūt: ne pluſq̄ expedit
ſint ſubiecti. ne aut illi defēſionē iuſticie vertāt in exercitatio
nē ſupbie. aut iſti cū ſtudēt pluſq̄ neceſſe ē hominib⁹ ſubiici/
cōpellant̄ eoꝝ etiā vitia venerari. Cōſiderādū vero eſt ꝙ ple-
rūꝗ elatos vtili⁹ corrigimus ſi eoꝝ correptionib⁹ quedā lau
dū fomēta miſceam⁹. Inferenda nāꝗ ſūt illis aut alia bona q̄
in ipſis ſūt: aut dicēdū certe que poterāt eſſe ſi nō ſūt. & tūc de
mū reſecāda ſunt mala que nobis diſplicent: cū prius ad audi
endum eorum placabilem mentem fecerint premiſſa bona q̄
placent. Nam & equos indomitos blanda prius manu tangi
mus: vt eos nobis plenius poſtmodū etiā per flagella ſubiga
mus. & amaro pigmētorū poculo mellis dulcedo adiūgitur:
ne ea que ſaluti profutura eſt ī ipſo guſtu aſpera amaritudo
ſentiatur. & dū guſtus per dulcedinem fallitur: humor mor
tiferus per amaritudinem vacuatur. Ipſa ergo in elatis inue

ctionis exordia permixta ſunt laude temperanda. vt dum ad mittūt fauores quos diligūt etiā correptiones recipiāt quas oderunt. Plerūq3 aūt perſuadere elatis vtilia melius poſſim⁹: ſi profectū eorū nobis potius q̄ illis profuturū dicamus. & ſi eorū melioratione nobis magis q̄ illis profuturā dicamus: & eam magis nobis q̄ ſibi impendi poſtulamus. Facile eni ad bonū elatio flectitur: ſi & aliis ei⁹ inflexio prodeſſe credatur. ¶ Vnde moyſes qui regēte ſe deo deſerti iter aerea columna duce pergebat: cum obab cognatū ſuū a gentilitatis cōuerſatiōe vellet educere: & omipotētis dei dominio ſubiugare: ait Proficiſcimur ad locum quē dn̄s daturus eſt nobis. veni nobiſcū vt benefaciamus tibi. qa dn̄s bona promiſit iſraeli. Cui cū reſpondiſſet ille. non vadā tecū: ſed reuertar ad terrā meā in qua natus ſum. ilico adiunxit. Noli nos relinquere, tu eni noſti in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus. & eris dux noſter. Neq3 eni moyſi mentē ignorantia itineris anguſtabat: quem & ad prophetie ſcientiam cognitio diuinitatis expanderat. quem columna exterius preibat. quē de cūctis interius per cōuerſationem cum deo ſedulam locutio familiaris inſtruebat. Sed videlicet vir prouidus elato auditori colloquens: ſolacium petiuit vt daret ducē/eum requirebat in via: vt dux ei fieri ad vitam potuiſſet. Egit itaq3 vt ſuperbus auditor/ voci ad meliora ſuadenti eo magis fieret deuotus: quo putaretur neceſſarius. & vnde ſe exhortatorem ſuum precedere crederet: inde ſub verbis ſe exhortantis inclinaret. Numeri.x.

## Ammonitio.xix.

Aliter admonēdi ſunt pertinaces: atq3 aliter inconſtantes. Pertinacib⁹ nāq3 dicendū eſt: q3 plus de ſe q̄ ſunt ſentiunt: & idcirco alienis conſiliis non acquieſcūt. Inconſtantibus vero intimādum eſt/ q3 valde ſe deſpiciētes negligunt. & ideo leuitate cogitationū a ſuo iudicio per tēporū momenta flectūtur. Illis dicēdū eſt qa niſi meliores ſe ceteris eſtimarēt nequaq̄ cunctorū conſilia ſue deliberationi poſtponerēt. Iſtis dicendū eſt quia ſi hoc quod ſunt vtcūq3 attenderent: nequaq̄ eos per tot varietatis littora mutabilitatis aura verſaret. Illis per paulū dicit̄. Nolite prudentes eſſe apud voſmetipſos. At contra iſti audiant. non circūferamur omni vento doctrine. Roma.xii.

puer.i. De illis per ſalomonē dr̄. Comedent fructus vinee ſue:ſuiſq́ꝫ cōſiliis ſaturabunt̄. De iſtis aūt ab eo rurſus ſcribit̄. Cor ſtul
puer.xv. torū diſſimile erit. Cor quippe ſapientiū ſibimetipſis ſemper eſt ſimile. quia dū rectis perſuaſionib⁹ acquieſcit:cōſtanter ſe in bono opere dirigit. Cor vero ſtultorū diſſimile eſt.quia dū mutabilitate ſe variū exhibet: nunq̄ idem qd̄ fuerat manet. ¶Et quia quedā vitia ſicut ex ſemetipſis gignunt̄: ita alia ex aliis oriuntur. Sciendū ſumope eſt ꝙ tunc ea corripiēda melius tergimus cū ipſa ab amaritudinis ſue fonte ſiccam⁹. Pertinacia aūt ex ſupbia. inconſtantia vero ex leuitate generat̄. Admonēdi igitur ſunt pertinaces: vt elationē ſue cogitationis agnoſcant.& ſemetipſos vincere ſtudeāt ne dū rectis aliorum ſuaſionib⁹ foris ſuperari deſpiciūt:intus a ſuperbia captiui teneant̄. Admonēdi ſunt vt ſolerter aſpiciāt. quia fili⁹ hominis cui vna cum patre ſemper voluntas eſt:vt exemplū no
Iohan.vi. bis frangende noſtre volūtatis prebeat dicit. Non veni facere voluntatē meā:ſed eius qui miſit me patris. Qui vt huius adhuc virtutis gratiā cōmendaret:ſeruaturū ſe hoc in extremo
Iohā.v. iudicio phibet:cū ait. Ego a meipſo nō poſſum facere quicq̄: ſed ſicut audio iudico. Quia itaq́ꝫ conſcientia dedignatur homo aliene voluntati acquieſcere:quando dei & hominis fili⁹ cum virtutis ſue gloriā venit oſtendere: teſtatur ſe non a ſemetipſo iudicare. ¶At contra ammonendi ſunt inconſtantes: vt mentem grauitate roborent. Tunc enim germina in ſe mutabilitatis arefaciunt:cum a corde prius radicē leuitatis abſcindunt.quia & tunc fabrica robuſta cōſtruitur:cum prius locus ſolidus in quo fundamētū poni debeat prouidetur. Niſi ergo ante mentis leuitas caueatur:cogitationū incōſtantia minime vincitur.a quibus ſe alienū paulus fuiſſe per
ii.Corꝝ.i. hibuit: cum dicit. Nūquid leuitate vſus ſum: aut que cogito ſecundū carnem cogito.vt ſit apud me:eſt:& nō. Ac ſi aperte dicat. Idcirco mutabilitatis aura non moueor: quia leuitatis vitio non ſuccumbo.

## ¶ Ammonitio.xx.

Aliter admonēdi ſunt gule dediti: atq́ꝫ aliter abſtinētes. Illos eni ſupfluitas locutiōis:leuitas opis:atq́ꝫ luxuria: iſtos vero ſepe impatiētie:ſepe vero ſuperbie culpa comitat̄. Niſi eni gule deditos ĩmoderata loquacitas raperet:diues il-

le qui epulat⁹ quotidie dr̄ ſplēdide: in lingua graui⁹ nō arde
ret dicēs. Pater abrahā miſerere mei. & mitte lazarū vt intin Luce.xvi.
gat extremū digiti ſui ī aquā vt refrigeret linguā meā. quia
crucior in hac flāma. Quibus ꝑfecto verbis oſtendit̄ qa epu
lādo quotidie crebri⁹ in lingua peccauerat. q totus ardens: re
frigerari ſe in lingua precipue reqrebat. Rurſum qa gule de
ditos leuitas ꝑtin⁹ opis ſequit̄: auctoritas ſacra teſtat̄ dicens
Sedit ppl̄us mādVcare & bibere: & ſurrexerūt ludere. Quos Exo.xxxii.
plerūqꝫ edacitas vſqꝫ ad luxuriā ꝑtrahit. qa dū ſatietate vēter
extēdit̄ aculei libidinis excitant̄. Vn̄ & hoſti callido q primi
hois ſenſū in ꝯcupiſcentiā poni aperuit: ſed in peccati laqueo
ſtrinxit diuina voce dicit̄. Pectore & vētre repes. Ac ſi aper- Geñ.iii.
te diceret. Cogitatione & ingluuie ſup humana corda dn̄abe
ris. Quia gule deditos luxuria ſequit̄: ꝓpheta teſtat̄. q dum
apta narrat: occulta denūciat dicēs. Princeps cocorū deſtru-
xit muros hirl̄m. Principes nāqꝫ cocorū vēter eſt: cui magna
cura obſequiū a cocis impēdit̄: vt ipſe delectabiliter cibis im
pleatur. Muri autē hieruſalē virtutes ſunt anime: ad deſide
riū ſuperne pacis eleuate. Cocorū igitur princeps muros hie
ruſalē deiicit. quia dū vēter ingluuie extendit̄: virtutes ani-
me per luxuriā deſtruūtur. Quo contra niſi mentes abſtinen
tiū plerūqꝫ impatiētia a ſinu tranquillitatis excuteret: nequa
q̄ petrus dū diceret. miniſtrate in fide veſtra virtutē. in virtu ii.Pet.i.
te aūt ſcientiā. in ſcientia autē abſtinentiā. ꝓtinus vigilanter
adiungeret dicēs. In abſtinētia autē patientiā. Deeſſe quippe
abſtinentib⁹ patientiā preuidit: que eis vt adeſſet admonuit.
Rurſū niſi cogitatiōes abſtinētiū aliqn̄ ſupbie culpa trāſfige
ret: paulus minime dixiſſet. q nō māducat manducātē nō iu Ro.xiiii.
dicet. Qui rurſus ad alios loquēs: dum de abſtinētie virtute
gloriātiū precepta ꝑſtringeret: adiūxit. Que ſūt rationē qui
dem habentia ſapiētie in ſupſtitionē & humilitatē & non ad
parcendū corpori: non in honore corporis: non in honore ali
quo ad ſaturitatē carnis. Qua in re diligenter quoqꝫ aduertē
dum eſt ꝙ in diſputatiōe ſua predicator egregius: ſupſtitioni
humilitatis ſpeciē iūgit. qa dū pluſq̄ neceſſe eſt caro atteritur
ꝑ abſtinentiā humilitas foris oſtēdit̄. ſed de hac ipſa humi-
litate grauiter interius ſuperbit̄. Et niſi mēs plerūqꝫ ex abſti

nentie virtute tumeſceret: nequaq̄ hācvelut inter magna me
rita phariſeus arrogans ſtudioſe enumeraret dicens. Ieiuno
Luce. xviii bis in ſabbato. ¶ Admonēdi ergo ſunt gule deditine in eo ꝙ
eſcarū delectationi incūbūt: luxurie ſe mucrone tranſfigant
& quāta ſibi per eſum loquacitas: quāta mētis leuitas inſidie
tur: aſpiciāt. ne dū vētri molliter ſeruiūt: vitiorū laqueis cru
deliter aſtringātur. Tanto enī longius a ſecūdo parēte recedi
tur: quāto per immoderatū vſum dū manus ad cibū tēditur
parētis primi lapſus iteratur. ¶ At cōtra admonēdi ſunt ab
ſtinentes vt ſollicite ſemp̄ aſpiciāt: ne cū gule vitium fugiūt
acriora hisvitia quaſi ex virtute generentur. ne dū carnē ma
cerant: ad impatientiā ſpiritus erumpat. & iam nulla virtus
eſt ꝙ caro vincitur: ſi ſpiritus ab ira ſuperat᷑. Aliquādo autē
dum mens abſtinentiū ab ira ſe deprimit: hanc quaſi peregri
na veniēs leticia corrūpit. & eo abſtinētie bonū deperit: quo
ſeſe a ſpiritalibus vitiis minime cuſtodit. Vnde recte per pro
Eſaie. lviii. phetā dicitur. Ecce in die ieiunii veſtri inuenitur volūtas ve
Ibidem ſtra. Et paulopoſt. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis: &
percutitis pugno impie. Volūtas quippe ad leticiā pertinet:
pugnus ad iram. Incaſſum ergo per abſtinentiā caro atterit᷑
ſi inordinatis demiſſa motibus mēs vitiis diſſipat᷑. Ruſuſq;
admonendi ſunt vt abſtinentiā ſuā & ſemp ſine immutatiōe
cuſtodiant & nunq̄ hanc apud occultū iudicē eximie virtutis
credāt. ne ſi fortaſſe cū magni meriti eſſe creditur: cor in ela
Ibidem tionē ſubleuetur. Hinc nāq; per prophetā dicitur. Nūquid ta
le eſt ieiuniū quod elegi? Sed frange eſurienti panem tuū: &
egenos vagoſq; induc in domū tuā. Qua in re pēſandum eſt
virtus abſtinētie q̄ parua reſpicit᷑: que non niſi ex aliis virtu
Iohel. i. tibus cōmendat᷑. Hinc Iohel ait. Sāctificate ieiuniū. Ieiuniū
quippe ſanctificare eſt adiūctis aliis bonis dignā deo abſtinē
tiam carnis oſtendere. ¶ Admonendi ſunt abſtinētes: vt no
uerint quia tunc placentē deo abſtinentiā offerūt: cum ea que
ſibi de alimentis ſubtrahunt indigentibus largiunt᷑. Solerter
nanq; audiendū eſt quod per prophetā dominus redarguit:
Zacha. vii. dicens. Cum ieiunaretis & plangeretis in ſeptimo & in quin
to mēſe p hos ſeptuaginta annos: nūquid ieiuniū ieiunaſtis
mihi? Et cū comederetis & biberetis: nūq̄d nō vobiſmetipſis

comediſtis & vobiſmetipſis bibiſtis? Nō eni deo: ſed ſibi qſq; ieiunat/ſi ea q̄ ventri ad tp̄s ſubtrahit:non egenis tribuit:ſed ventri poſtmodū offerēda cuſtodit. Itaq; ne aut illos appetit⁹ gule a mentis ſtatu deiiciat:aut iſtos afflicta caro ex elatione ſupplātet. Audiāt illi ex ore veritatis. Attēdite eni vobis ne forte grauenť corda veſtra in crapula & ebrietate:& curis hu ius mūdi. Vbi vtilis quoq; pauor adiūgitur. Et ſupueniat in vos repētin⁹ dies ille. Tanq̄ laqueus eni veniet in oēs qui ſe dent ſup faciē oīs terre. Audiāt iſti. Non que intrāt p os coin quināt hoiem: ſed que exeūt de ore illa ſunt q̄ inqnant hoiem Audiāt illi. Eſcā vētri & vēter eſcis. deus aūt & hāc deſtruet Et rurſū. Nō in cōmeſſationib⁹ & ebrietatib⁹. Et rurſū. Eſca nos nō cōmendat deo. Audiāt iſti. qa oīa mūda mūdis. coin quinatis aūt & infidelib⁹ nihil eſt mundū. Audiāt illi. quorū deus vēter eſt & gloria in cōfuſione ipſorꝝ. Audiāt iſti. Diſce dēt q̄dē a fide & veritate. Et paulopoſt. ꝓhibētiū nubere. pre cipientiū abſtinere a cibis quos deus creauit ad pcipiendū cū gratiarū actione fidelib⁹:& his qui cognouerūt veritatē. Au diant illi. Bonū eſt nō māducare carnē neq; bibere vinū:neq; facere in quo frater tu⁹ ſcādalizať. Audiāt iſti. Modico vino vtere propter ſtomachū & frequētes tuas infirmitates. Qua tinus & illi diſcāt cibos carnis inordinate nō appetere. & iſti creaturam dei quam non appetunt non audeant condēnare.

Luce.xxi. Mar.vii. Ro.viii. Ad tyť.i. Phiľ.iii. i.Thi.iiii. Ro.xiiii. i.Thi.v.

Ammonitio.xxi.

Aliter admonēdi ſunt qui ſua iā miſericorditer tribuūt. atq; aliter qui adhuc & aliena ra pere cōtendūt. Admonēdi ſunt nāq; qui iam ſua miſericordi ter tribuūt. ne cogitatiōe tumida ſup eos quib⁹ terrena largiū tur ſe extollāt. ne idcirco ſe meliores eſtimēt: qa cōtineri p ſe ceteros vidēt. Nam terrene dom⁹ dn̄s famulorū ordines mi niſteriaq; diſpertiēs:hos vt regāt:illos vero ſtatuit vt ab aliis regant. Iſtos iubet vt neceſſaria ceteris prebeāt. illos vt acce pta ab aliis ſumāt. Et tn̄ plerūq; offendūt qui regūt. & in pa triſfamilias gr̄a pmanēt qui regūtur. Iram merenť qui diſpē ſatores ſunt. ſine offenſione perdurāt qui ex aliena diſpenſa tione ſubſiſtūt. ¶Admonēdi ſunt igiť qui iam que poſſidēt miſericorditer tribuūt. vt a celeſti dn̄o diſpēſatores eſſe poſi tos ſubſidiorū tpaliū agnoſcāt. & tāto humiliter prebeāt: quā

to & aliena eſſe intelligūt q̄ diſpēſant. Cūq; in illoꝝ miniſte-
rio qbus accepta largiūtur cōſtitutos ſe eſſe ꝯſiderāt: nequaq̄
eorū mētes tumor ſubleuet:ſed timor p̄mat. Vñ & neceſſe ē
vt ſollicite ppendāt: ne cōmiſſa indigne diſtribuāt. ne quedā
quib⁹ nulla.ne nulla qb⁹ quedā.ne multa qbus pauca. ne pau
ca p̄beāt qbus impēdere multa debuerūt.ne p̄cipitatione hoc
qđ tribuūt inutiliter ſpargāt.ne tarditate petētes nociue cru
ciēt.ne recipiēde hic gr̄e intētio ſubrepat. ne dationis lumen
laudis trāſitorie appetitio extinguat.ne oblatū mun⁹ coniū-
cta triſticia obſideat.ne ī bene oblato munere.anim⁹ pluſq̄ de
cet hilareſcat.ne ſibi quicq̄ cū totū recte ipleuerint tribuāt:&
ſimul oīa poſtq̄ peregerint pdant.Ne enī ſibi virtutē ſue libe
i.Pet.iiii. ralitatis deputēt:audiāt qđ ſcriptū eſt. Si qs āminiſtrat tanq̄
ex virtute quā āminiſtrat de⁹.Ne in bñfactis īmoderati⁹ gau
Luc.xvii. deāt: audiāt qđ ſcriptū eſt. Cū feceritis hec oīa q̄ precepta ſūt
vobis.dicite:ſerui inutiles ſum⁹.que debuim⁹ facere fecim⁹.
Ne largitatē triſticia corrūpat:audiāt qđ ſcriptū eſt.Hilarem
ii.Coꝝ.ix. enī datorē diligit deus.Ne ex impēſo munere tranſitoriā lau
Mat.vi. dem querāt:audiāt qđ ſcriptū eſt. Neſciat ſiniſtra tua:quid fa
ciat dextera tua.i. pie diſpenſationi nequaq̄ ſe gloria vite pre
ſentis admiſceat: ſed op⁹ rectitudinis appetitionē ignoret fa
uoris. ne impenſe gratie viciſſitudinē requirāt: audiāt qđ ſcri
Luce.xiiii. ptū eſt. Cum facis prandiū aut cenā:noli vocare amicos tuos
aut fratres tuos neq; cognatos.neq; vicinos diuites. ne forte
te ipſi reinuitēt & fiat tibi retributio. Sed cum facis cōuiuiū
voca pauperes.debiles.claudos.cecos. & beat⁹ eris. quia nō
habent retribuere tibi.Neq; prebēda ſunt citius:ſero prebeā
puer.iii. tur. audiant qđ ſcriptū eſt. Ne dixeris amico tuo. vade & re-
uertere.& cras dabo tibi:cū ſtatim poſſis dare.Ne ſub obtē-
tu largitatis ea que poſſidēt inutiliter ſpargāt.Audiant quod
ſcriptū eſt.Sudet elemoſyna in manu tua.Ne cum multa ne
ii.Coꝝ.ix. ceſſe ſunt parua largiātur:audiāt qđ ſcriptū eſt. Qui parce ſe
minat:parce & metet. Ne cum pauca oportet:plurima prebe
ant. & ipſi poſtmodū inopiā tolerātes ad impatientiā erūpāt
ii.Coꝝ.viii audiant qđ ſcriptū eſt.Non vt aliis ſit remiſſio/vobis aūt tri-
bulatio: ſed ex equalitate veſtra abūdantia illorū inopiā ſup
pleat: vt & illorū abundātia veſtre inopie ſit ſupplementum.

Cum enĩ dantis mens ferre inopiã neſcit: ſed multa ſibi ſubtrahit: occaſionẽ cõtra ſe impatiẽtie exquirit. Prius nãq; preparandus eſt patiẽtie anim⁹. & tũc aut multa ſunt aut cuncta largienda. ne dũ minus equanimiter inopia irruẽs fertur: & premiſſe largitatis merces peat: & adhuc mẽtẽ deteri⁹ murmuratio ſubſequẽs perdat. Ne oĩno nihil eis prebeãt: quibus cõferre aliqd paruũ debeãt: audiãt qd ſcriptũ eſt. Omni petẽti te tribue. Luc.vi. Ne ſaltẽ aliqd prebeãt: qbus oĩno conferre nihil debent: audiãt qd ſcriptũ eſt. Da bono: & noli recipere peccatorẽ. Ecc͠li.xii. Benefac humili: & nõ dederis impio. Et rurſum. Panẽ Thob.iiii. tuũ & vinũ ſup ſepulturã iuſti cõſtitue & noli ex eo mãducare & bibere cũ pctorib⁹. Panẽ enĩ ſuũ & vinũ peccatorib⁹ prebet: qui iniquis ſubſidia pro eo q iniqui ſunt impẽdit. Vnde nõnulli hui⁹ mũdi diuites: cũ fame crucienť xp̃i pauperes: effuſis largitatibus nutriũt hyſtriones. Qui vero indigẽti etiã peccatori panẽ ſuũ: nõ quia peccator ſed qa homo eſt tribuit nõ peccatorẽ ſed iuſtũ nutrit. quia in illo nõ culpã: ſed naturã diligit. ¶Admonẽdi ſunt etiã q iam ſua miſericorditer largiuntur: vt ſollicite cuſtodire ſtudeãt. ne cum cõmiſſa pctã elemoſynis redimũt: adhuc redimẽda cõmittant. Ne venalẽ dei iuſticiã eſtiment: ſi cũ curant p peccatis nũmos tribuere arbitrẽtur ſe poſſe multe peccare. Melior qppe eſt aĩa q̃ eſca. meli Mať.vi. us corpus q̃ veſtimẽtũ. Qui ergo eſcã aut veſtimentũ paupe Luce.xii. ribus largitur: ſed tñ aĩe vel corpis iniquitate polluiť/ qd minus eſt iuſticie obtulit: & qd maius eſt culpe cõmiſit. ſua deo dedit: & ſe diabolo. ¶At cõtra admonendi ſunt qui adhuc & aliena rapere cõtendũt: vt ſollicite audiãt qd veniẽs in iudicium dñs dicat. Ait nãq;. Eſuriui & nõ dediſtis mihi mãduca Mať.xxv. re. ſitiui & nõ dediſtis mihi potũ. hoſpes fui & nõ collegiſtis me. nudus & nõ operuiſtis me. infirmus & in carcere: & nõ viſitaſtis me. Quib⁹ etiã premittit dicẽs. Diſcedite a me male Mať.xxv. dicti in ignẽ eternũ q preparat⁹ eſt diabolo & angelis eius. Ecce nequaq̃ audiũt. quia rapinas vel aliqua quelibet violenta cõmiſerunt: & tamen eternis gehenne ignib⁹ mancipanť. ¶Hinc ergo colligẽda eſt: quanta dãnatione plectendi ſunt q rapiũt aliena/ ſi tanta aĩaduerſione feriũtur qui ſua indiſcrete tenuerũt. Perpendãt quo eos obliget reatu res rapta: ſi tali

ſubiicit pene nō tradita. Perpēdant q̄d merebit̄ iniuſticia il-
lata: ſi tanta ꝑcuſſione digna eſt pietas nō impēſa. Cū aliena
Abacuc. ii. rapere intendūt: audiāt q̄d ſcriptū eſt. Ve ei q multiplicat nō
ſua: quouſq aggrauat cōtra ſe denſum lutū. Auaro cōtra ſe
dēſum lutū aggrauare eſt terrena lucra cū pōdere peccati cu-
mulare. cū multiplicare larga habitatiōis ſpacia cupiūt: audi
Eſaie. v. ant q̄d ſcriptū eſt. Ve qui coniūgitis domū ad domū. & agrū
agro copulatis: vſq ad terminū loci. Nunq d habitabitis ſoli
vos in medio terre? Ac ſi aperte diceret. Quouſq vos extē-
ditis: qui habere in cōmuni mūdo ꝯſortes minime poteſtis?
Cōiunctos quidē premitis: ſed cōtra quos valeatis extendere
ſemꝑ inuenitis. Cū agēdis pecuniis inhiāt: audiāt q̄d ſcriptū
Eccl̄s. v. eſt. Auarus nō implebit̄ pecunia: & q amat diuitias nō capit
fructū ex eis. Fructus quippe ex illis caperet: ſi eas bene ſpar
gere nō amādo voluiſſet. Qui vero eas diligēdo retinet: hic
vtiq ſine fructu derelinquet. Cū repleri cūctis ſimul operibꝰ
Prouer. inardeſcūt: audiāt q̄d ſcriptū eſt. Qui feſtinat ditari: non erit
xxviii. innocens. ꝓfecto eni q augere opes ambit: vitare peccatū ne
gligit. & more auiū captus cū eſcā terrenarū rerū auide cōſpi
cit: quo ſtrangulet̄ peccati laqueo non agnoſcit. Cū quelibet
preſentis mūdi lucra deſiderāt: & que de futuro dāno patien
ꝓuer. xx. tur ignorāt: audiāt quod ſcriptum eſt. Hereditas ad quam fe
ſtinatur in principio: in nouiſſimo benedictione carebit. Ex
hac quippe vita initiū ducimus: vt ad benedictionis ſortē in
nouiſſimū veniamus. qui itaq in principio hereditare feſti-
nāt: ſortē ſibi in nouiſſimo benedictionis amputāt. quia dū ꝑ
auaricie nequitiā hic multiplicari appetūt: illuc ab eterno pa
trimonio exheredes fiūt. Cūq plurima ambiūt / vel obtinere
Mat̄. xvi. cūcta q̄ ambiri poſſunt: audiāt q̄d ſcriptū eſt. Quid ꝓdeſt ho
mini ſi totū mūdū lucret̄: aīe vero ſue detrimētū faciat? Ac ſi
aperte veritas dicat. Quid ꝓdeſt homini ſi totū q̄d extra ſe eſt
cōgregat / ſi hoc ipſum ſolum q̄d ipſe eſt dānat? Plerūq autē
citius raptorū auaricia corrigit̄ / ſi in verbis admonētis q̄ fu
gitiua ſit preſens vita mōſtret̄. ſi eorū ad mediū memoria de
ducatur q & ditari in hoc mūdo diu conati ſunt: & tn̄ in ade-
ptis diuitiis diu manere nequiuerūt. quibꝰ feſtina mors repē-
te & ſimul abſtulit: quicq̄d eorū nequitia nec ſimul nec repēte

cōgregauit.q nō ſolū hic rapta reliquerūt: ſed ſecū ad iudiciū
cauſas rapine detulerunt. Horū itaq; exempla audiant: quos
in verbis ſuis proculdubio & ipſi condēnant.vt cum poſt ver
ba ad cor redeunt: imitari ſaltem quos iudicant erubeſcant.
Aliter admonēdi ſunt qui nec ¶ Ammonitio.xxii.
aliena appetūt nec ſua largiunť: atq; aliter q & ea q̄ ha
bēt tribuūt/& tñ aliena rapere nō deſiſtūt. Admonēdi ſunt q
nec aliena appetūt nec ſua largiunť. vt ſciāt ſollicite ꝙ ea de
qua ſumpti ſunt cūctis hoib⁹ terra cōis eſt.& idcirco alimēta
quoq; oībus cōmuniter ꝓfert. Incaſſum ergo ſe innocētes pu-
tāt/q cōmune dei mun⁹ ſibi priuatim vēdicāt.q cū accepta nō
tribuūt/ in ꝓximorū nece graſſanť. qa tot pene quotidie peri
mūt: quot morientiū pauperū apud ſe ſubſidia abſcōdūt. Nā
cū quelibet neceſſaria indigētib⁹ miniſtram⁹. ſua illis reddi-
mus: nō noſtra largimur. iuſticie debitū poti⁹ ſoluimus q̄ mi
ſericordie opus implemus. Vnde & ipſa veritas cum de mi
ſericordia caute exhibēda loquereť ait. Attendite ne iuſticiā Mat.vi.
veſtrā faciatis corā hoībus. Cui quoq; ſentētie etiā pſalmiſta
cōcinens dicit. Diſperſit dedit pauperib⁹: iuſticia eius manet Pſal.cxi.
in eternū. Cum enī largitatē impēſam pauperib⁹ premiſiſſet
non hanc vocare miſericordiā: ſed iuſticiā maluit. quia quod
a cōmuni dño tribuitur: iuſtū profecto eſt vt quiq; accipiunt
eo cōmuniter vtātur. Hinc etiā ſalomon ait. Qui iuſtus eſt ꝓuer.xxi.
tribuet & nō ceſſabit. ¶ Admonēdi ſunt quoq; vt ſollicite at-
tendāt ꝙ ficulnea que fructū non habuit cōtra hanc diſtrict⁹
agricola queritur ꝙ etiā terrā occupauit. Terrā quippe ficul-
nea ſine fructu occupat: quādo mēs tenaciū hoc quod ꝓdeſſe
multis poterat: inutiliter ſeruat. Terrā ficulnea ſine fructu oc
cupat: quādo locū quē exercere alius per ſolē boni operis va
luit.ſtultus per deſidie vmbrā premit. Hi aūt nunq̄ dicere ſo
lent. Conceſſis vtimur. aliena nō querimus.& ſi digna miſe
ricordie retributione non agimus: nulla tamen peruerſa per
petramus. Quod idcirco ſentiūt. quia videlicet aurē cordis a
verbis celeſtibus claudunt. Neq; enī diues in euangelio qui Luce.xvi.
induebatur purpura & byſſo: qui epulabatur quotidie ſplen-
dide aliena rapuiſſe: ſed infructuoſe ꝓpriis vſus fuiſſe perhi
betur.eūq; poſt hanc vitam vltrix gehenna ſuſcepit.non quia

aliquid illicitū geſſit: ſed quia immoderato vſu totū ſe licitis
tradidit. ¶ Admonēdi ſunt tenaces: vt nouerint ꝙ hāc primā
iniuriam faciunt deo. quia danti ſibi omnia nullā miſericor
Pſal. xlviii dię hoſtiā reddūt. Hinc etenim pſalmiſta ait. Non dabit deo
placationem ſuam: nec precium redēptionis anime ſue. Pre
ciū nanq; redēptiōis dare eſt opus bonū preueniente nos gra
tia reddere. Hinc iohānes exclamat dicēs. Iam enim ſecuris
Luce. iii. ad radicem arboris poſita eſt. Omnis arbor que non facit fru
ctum bonum excidetur: & in ignem mittetur. Qui ergo ſe
innoxios quia aliena nō rapiunt eſtimant: ictū ſecuris vicine
preuideāt: & torporē improuide ſecuritatis amittant. ne cum
ferre fructū boni operis negligūt: a preſenti vita funditꝰ q̄ſi
ex viriditate radicis exſecentur. At cōtra admonēdi ſunt qui
& ea que habēt tribuūt: & aliena rapere nō deſiſtūt. nec dum
valde munifici videri appetant: de boni ſpecie deteriores fi-
ant. Hi etenim propria indiſcrete tribuentes: non vt ſupra iā
diximꝰ ad impatiētie murmurationē proruūt: ſed cogente ſe
inopia vſq; ad auariciā deuoluunť. Quid eoꝝ mēte infelici-
us, q̄bus de largitate naſciť auaricia: & pctōrū ſeges quaſi ex
virtute ſeminať? Priꝰ itaq; admonēdi ſūt vt tenere ſua ratio
nabiliter ſciāt: & tūc demū vt aliena nō ambiāt. Si enī radix
culpe in ipſa effuſiōe nō exuriť: nunq̄ per ramos exuberans
auaricie ſpina ſiccať. Occaſio ergo rapiēdi ſubtrahiť: ſi bene
priꝰ ius poſſidēdi diſponať. Tūc vero admoniti audiant quo
modo que habēt miſericorditer tribuāt: quādo nimirū didi-
cerūt vt bona miſericordie p interiectā rapine neq̄ciā nō ꝯfū-
dāt. Violēter enī exq̄rūt q̄ miſericordiť largiunť. Sed aliud
eſt ꝓ peccatis miſericordiā facere: aliud ꝓ miſericordia faciē
da peccare. que iā nequaq̄ miſericordia nūcupari poteſt quia
ad dulcē fructū nō ꝓficit: q̄ per vires peſtifere radicis amare
ſcit. Hinc ē enim ꝙ ipā etiā ſacrificia p ꝓphetā dn̄s reꝓbat di
Eſa. lxi. cēs. Ego dn̄s diligēs iudiciū: & odio habēs rapinā in holocau
puer. xxi. ſto. Hinc iterū dicit. Hoſtie impioꝝ abhominabiles: q̄ offerū
tur ex ſcelere. Qui ſepe quoq; & indigētibꝰ ſubtrahūt: q̄ deo
largiunť. ſed quāta eos animaduerſiōe rennuat: p ſalomonē
Eccľi. xxiiii dn̄s demōſtrat dicēs. Qui imolat ſacrificiū de ſubſtātia pau
peris: q̄ſi q victimat filiū i cōſpectu patris ſui. Quid nāq; eſ-

ſe intollerabili⁹ poteſt q̄ mors filii āte oculos p̄ris? Hoc itaq̄ ſacrificiū quāta ira aſpiciat oſtēdit: qđ orbati patris dolori cōparat. Et tn̄ plerūq̄ quāta tribuūt pēſāt: quāta aūt rapiunt cōſiderare diſſimulāt. Quaſi mercedē numerāt: & ꝑpendere culpas recuſant. Audiāt itaq̄ qđ ſcriptū ē. Qui mercedes cō gregauit: miſit eas in ſacculū ꝑtuſū. In ſacculo q̄ppe ꝑtuſo vi det: qn̄ pecunia mittit: ſed qn̄ amittit nō videt. Qui ergo q̄n ta largiunt aſpiciūt: ſed quātū rapiūt nō ꝑpēdūt/in ꝑtuſo ſac culo mercedes mittūt: qa ꝑfecto has ī ſpem ſue fiducie intuē tes cōgerunt: ſed nō intuētes perdunt. Ammonitio. xxiii. Aggei. i.

Aliter admonēdi ſūt diſcordes atq̄ aliter pacati. Diſcor des nāq̄ admonēdi ſūt: vt certiſſime ſciāt qa quātiſlibet virtutib⁹ polleāt ſpiritales fieri nullaten⁹ poſſunt: ſi vniri per concordiā ꝑximis negligunt. Scriptū q̄ppe eſt. Fructus autē ſpiritus eſt caritas. gaudium pax. Qui ergo ſeruare pacem non curat: ferre fructū ſpiritus recuſat. Hinc paul⁹ ait: Cum ſit inter vos zelus & cōtētio: nōne carnales eſtis? Hinc iterū quoq̄ dicit. Pacē ſeq̄mini cū omnib⁹ & ſāctimoniā: ſine qua nemo videbit deū. Hinc rurſum admonēs ait. Solliciti ſerua te vnitatē ſpirit⁹ in vinculo pacis. vnū corpus & vn⁹ ſpirit⁹: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocatiōis veſtre. Ad vnam ergo vocatiōis ſpē nequaq̄ pertingit: ſi nō ad eā vnita cū ꝑximis mēte currat. At ſepe nōnulli quo quedā ſpecialiter dona per cipiunt: ſuperbiendo donū concordie quod magis ē amittūt. vt ſi fortaſſe carnē pre ceteris gule refrenatiōe q̄s edomat: cō cordare eis quos ſuperat abſtinēdo contemnat. Sed qui abſti nentiam a concordia ſeparat: quid admoneat pſalmiſta per- pendat. ait enim. Laudate eū in tympano & choro. In tym pano namq̄ ſicca & percuſſa pellis reſonat. In choro autem voces ſociate concordant. Quiſquis itaq̄ corpus affligit: ſed concordiam deſerit/deum quidem laudat in tympano: ſed ta men eum non laudat in choro. Sepe vero dum quoſdā ma ior ſcientia erigit: a ceterorum ſocietate diſiungit. & q̄ſi quo plus ſapiunt: eo a concordie virtute deſipiſcunt. Hi itaq̄ au- diāt quid per ſemetipſam veritas dicat. Habete ſal in vobis: & pacem habete inter vos. Sal quippe ſine pace nō virtutis ē donū: ſed dānatiōis argumentum. Quo enim melius ſapit:

Gal. v. i. Cor. iii. Hebre. xii. Ephe. iiii. Pſal. cl. Mar. ix.

eo deteri⁹ delinquit. & idcirco inexcuſabiliter & multomagis merebitur ſuppliciū. quia prudēter ſi voluiſſet potuit euitare
Iaco.iii. peccatū. Quibus quoqꝫ recte per iacobū dicit᷑. Quod ſi zelū amarū habetis & cōtētiones ſunt in corde veſtro: nolite gloriari & mendaces eſſe aduerſum veritatē. nō eſt iſta ſapiētia deſcendēs deſurſū: ſed terrena aīalis diabolica. Que autē de ſurſum eſt ſapiētia: primū quidē pudica eſt: deinde pacifica. Pudica videlicet qa caſte intelligit. pacifica aūt qa ꝑ elationē ſe minime a ꝓximorū ſocietate diſiūgit. ¶Admonēdi ſūt diſcidentes, vt nouerint ꝙ tādiu nullū boni opis deo ſacrificiū immolāt: q̄diu a ꝓximo per charitatē diſcordāt. Scriptū nāqꝫ
Mat.v. eſt. Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuū ante altare: & vade prius recōciliari fratri tuo. & tūc veniens offeres munus tuū. Ex qua p̄ceptione penſandū eſt quorū oſtia repellitur q̄ intolerabilis culpa mōſtrat᷑. Nam cū mala cuncta bonis ſequētibus diluant᷑: penſemus quāta ſint mala diſcordie. que niſi extincta funditus bonū ſubſequi nō permittūt. ¶Admonēdi ſunt diſcordes, vt ſi aures a mādatis celeſtibus declināt: mētis oculos ad cōſiderāda ea que in infimis verſant᷑ aperiāt, ꝙ ſepe aues vnius eiuſdēqꝫ generis ſeſe ſocialiter volādo non deſerūt. & ꝙ gregatim aīalia bruta paſcuntur. Que ſi ſolerter aſpicimus: concordādo ſibi irrationabilis natura indicat quantū malū per diſcordiā rationalis natura cōmittat. qn̄ hec ratiōis intētione ꝑdidit: qđ illa motu naturali cuſtodit. ¶At cōtra admonēdi ſunt pacati. ne dū pluſq̄ neceſſe eſt pacē quā poſſident amant: ad ꝑpetuā peruenire nō appetāt. Plerūqꝫ enī grauius intētione mentiū rerū tranquillitas temperat. vt quo non ſunt moleſta que obtinēt: eo min⁹ amabilia fiant que vocant. & quo delectāt preſentia: eo non requirant᷑ eterna. Vnde & per ſemetiꝑam veritas loquēs cū terrenā pacē a ſuperna diſtingueret: atqꝫ ad venturā diſcipu-
Iohā. xiiii. los ex preſenti prouocaret: ait. Pacē relinquo vobis: pacē meam do vobis. Relinquo ſcilicet tranſitoriā: do manſurā. Si ergo in eam cor que relicta eſt figit᷑: nunq̄ ad illā que danda eſt peruenit᷑. Pax ergo preſens ita tenēda eſt: vt & diligi debeat & contēni. ne ſi īmoderate diligit᷑: diligētis animus in culpa

capiatur. Vnde & admonēdi ſunt pacati. ne dū nimis huma nam pacē deſiderāt: prauos hoim mores nequaq̄ redarguāt. & cōſentiēdo peruerſis: ab auctoris ſui ſe pace diſiungant. ne dū humana foras iurgia metuūt: interni federis diſceſſiōe fe riantur. Quid eſt enī pax tranſitoria niſi quoddā veſtigiū pa cis eterne? Quid eſſe ergo demētius poteſt: q̄ veſtigia in pul uere impreſſa diligere. ſed ipm a quo impreſſa ſūt nō amare. Hinc dauid dū totum ſe ad federa pacis interne conſtringe ret. teſtatur ꝙ cū malis concordiā non teneret dicens. Nōne qui oderūt te dn̄e oderā: & ſup inimicos tuos tabeſcebā. Per fecto odio oderā illos: inimici facti ſūt mihi. Inimicos eteni dei pfecto odio odiſſe eſt: & qđ facti ſunt diligere: & qđ faciūt increpare. mores prauorū premere. vite ꝓdeſſe. Penſandū er go eſt qn̄ ab īcrepatiōe qeſcit᷑, quāta culpa pax cū peſſimis te netur. Si ꝓpheta tant⁹ hoc velut in hoſtiā deo obtulit ꝙ cōtra ſe pro dn̄o prauorū inimicicias excitauit. Hinc eſt ꝙ tribus le ui aſſumptis gladiis per caſtrorū media tranſiēs. qa feriendis noluit peccatoribus parcere. deo manus dicta eſt conſecraſſe. Hinc phinees peccantiū ciuiū gratiā ſpernēs: coeūtes cū ma dianitis pertulit & irā dn̄i irat⁹ placauit. Hinc per ſemetipām veritas dicit. Quid putatis, quia pacē veni mittere in terrā? Non vtiq̄: ſed gladiū. Malorū nāq̄ cū incaute amiciciis iū gimur: culpis ligamur. Vnde ioſaphat q tot de anteacta vi ta preconiis attollitur: de achab regis amiciciis pene peritur⁹ increpat᷑. Cui a dn̄o per ꝓphetā dicit᷑. Impio prebēs auxiliū: & his qui oderūt dn̄m amicicia iūgeris. & idcirco irā quidem dn̄i merebaris. ſed bona opera inuenta ſunt in te eo ꝙ abſtule ris lucos de terra iuda. Ab illo enī qui ſumme rect⁹ eſt eo ipſo iam diſcrepat: quo peruerſorū amiciciis vita noſtra cōcordat Admonēdi ſunt pacati ne ſi ad increpationis verba proſiliāt: temporalē pacē ſibi perturbari formident. Rurſumq̄ admo nendi ſunt vt eandē pacem dilectione integra intrinſecus te neant: quam per infectionem vocis ſibi extrinſecus turbant. Quod vtrūq̄ prouide ſe dauid ſeruaſſe perhibet: cum dicit. Cum his qui oderunt pacē eram pacificus: cum loquebar il lis impugnabant me gratis. Ecce loquēs impugnabatur: ſed tamen impugnat⁹ erat pacificus. qa nec inſanientes ceſſabat

Pſal. cxxxviii. — Exo. xxxii. — Nūe. xxv. — Mat. x. — ii. paral. xix — Pſal. cxix.

reprehendere:nec reprehenſos negligebat amare. Hinc etiam
Ro.xii. paulus ait. Si fieri poteſt qđ ex vobis eſt: cū oībus hoībus pa
cem habentes. Hortaturus enī diſcipulos vt pacē cum oībus
haberēt:premiſit dicens ſi fieri poteſt.atꝗ ſubiūxit: qđ ex vo
bis eſt. Difficile quippe erat vt ſi male acta corriperent:habe
re pacē cū oībus poſſent. Sed cum tēporalis pax in prauorū
cordibus ex noſtra increpatione ꝯfunditur:inuiolata neceſſe
eſt vt in noſtro corde ſeruet᷑. Recte itaꝗ ait. qđ ex vobis eſt.
ac ſi nimirū dicat. Quia pax ex duarū partiū cōſenſu ſubſiſtit
ſi ab eis qui corripiūtur expellitur: integra tamen in veſtra q
corripitis mēte teneatur. Vnde rurſum idem diſcipulos ad
monet dicēs. Si qs non obedit verbo noſtro per epiſtolā hāc:
hunc notate & non cōmiſceamini cū illo vt ꝯfundatur. Atꝗ
ii.Theſ.iii. ilico ſubiunxit. Et nolite vt inimicū exiſtimare illū:ſed corri
pite vt fratrem. Ac ſi diceret. Pacē cum eo exteriorē ſoluite:
ſed interiorē circa illū medullitus cuſtodite. vt peccātis men-
tem ſic veſtra diſcordia feriat:quatinus pax a cordib⁹ veſtris
nec abnegata diſcedat.

❡ Ammonitio.xxiiii.

Aliter admonendi ſunt ſeminātes iurgia atꝗ aliter pa-
cifici. Ammonendi nāꝗ ſunt q iurgia ſemināt: vt cui⁹
ſunt ſequaces agnoſcāt. De apoſtata qppe angelo ſcriptū eſt.
Mat.xiii. Cū bone meſſi inſerta fuiſſet zizania:inimicus homo hoc fe
ꝓuer.vi. cit. De cuius etiā mēbro p ſalomonē dicitur. Homo apoſtata
vir inutilis gradit᷑ ore peruerſo. annuit oculis. terit pede. di-
gito loquit᷑. prauo corde machinatur malū. & omni tempore
iurgia ſeminat. Ecce quē ſeminantē iurgia dicere voluit: pri
us apoſtatā nominauit. quia niſi more ſuperbientis angeli a
cōſpectu conditoris prius intus auerſione mentis caderet: fo
ras poſtmodū vſꝗ ad ſeminādа iurgia nonveniret. Qui recte
deſcribit᷑ ꝙ annuit oculis. digito loquitur. terit pede. Interior
nāꝗ eſt cuſtodia:que ordinata ſeruat exteri⁹ membra. Qui
ergo ſtatū mentis perdidit: ſubſequēter foras incōſtātia mo-
tionis fluit. atꝗ exteriori mobilitate indicat ꝙ nulla interius
radice ſtabilitatis ſubſiſtat. Audiāt iurgiorū ſeminatores qđ
Mat.v. ſcriptū eſt. Beati pacifici:quoniā filii dei vocabunt᷑. Atꝗ e di
uerſo colligāt. quia ſi filii dei vocant᷑ qui pacē faciunt: procul
dubio ſathane ſunt filii qui confundūt. Omnes autē qui per

diſcordiã ſeparanť a viriditate dilectionis areſiunt. Qui & ſi boni operis fructus in ſuis actionib⁹ ꝓferunt: profecto nulli ſunt. quia non ex vnitate charitatis oriũtur. Hinc ergo perpendãt ſeminãtes iurgia q̃ multipliciter peccãt: qui dũ vnam nequitiã perpetrãt: ab humanis cordib⁹ cũctas ſimul virtutes eradicant. In vno enĩ malo innumera peragũt. quia ſeminãdo diſcordiã: charitatẽ que nimirũ virtutũ oĩm mater eſt extinguũt. Quia aũt nihil precioſius eſt deo virtute dilectiõis: nihil delectabilius diabolo extinctione charitatis. Quiſquis ergo ſeminãdo iurgia dilectionẽ ꝓximorũ perimit: hoſti dei familiarius ſeruit. qa qua ille amiſſa cecidit hãc iſte vulneratis cordib⁹ ſubtrahẽs eis iter aſcẽſiõis abſcidit. ¶At cõtra admonẽdi ſũt pacifici ne tãte actiõis põdus leuigẽt: ſi iter quos fũdare pacẽ debeãt ignorẽt. Nã ſicut multũ nocet ſi vnitas deſit bonis: ita valde ẽ noxiũ ſi nõ deſit malis. Si ergo puerſoꝝ neq̃tia ĩ pace iũgiť: ꝓfecto eorũ malis actib⁹ robur augeť. qa quo ſibi ĩ malicia cõgruũt: tãto ſe robuſti⁹ bonorũ afflictiõib⁹ illidũt. Hic nãqꝫ ẽ ꝙ cõtra dãnati illi⁹ vaſis videlicet antixp̃i p̃dicatores diuina voce beato iob dr̃. Mẽbra carniũ ei⁹ coherẽtia ſibi. Hinc ſub ſquamarũ ſpecie de ei⁹ ſatellitib⁹ ꝓhibetur. Iob.xli.
Vna vni ꝯiũgiť & nec ſpiraculũ q̃dẽ incedit p eas. ¶Seq̃ces Iob.xli.
q̃ppe illi⁹ quo nulla ĩter ſe diſcordie aduerſitate diuiſi ſũt: eo in bonorũ grau⁹ nece glomeranť. Qui ergo iniquos paci ſociat ĩiq̃tati vires adminiſtrat. qa bonos deteri⁹ dep̃mũt: q̃s & vnanimiter pſequunť. Vñ p̃dicator egregi⁹ graui phariſeorũ ſaduceorũqꝫ pſecutiõe dep̃hẽſus: inter ſemetipſos diuidere ſtuduit: q̃s ꝯtra ſe grauiter vnitos vidit: cũ clamauit dicẽs. Viri fr̃es. ego phariſe⁹ ſũ fili⁹ phariſeorũ. de ſpe & reſurrectiõe mortuoꝝ ego iudicor. Dũqꝫ ſaducei ſpẽ reſurrectionẽqꝫ mortuorũ eſſe denegarẽt: quã phariſei iuxta p̃ceptũ ſacri eloquii crederẽt: facta in pſecutorũ vnanimitate diſſenſio eſt. & diuiſa turba illeſus paul⁹ exiuit q̃ hũc vnita pri⁹ vnanimiter pſſit Act.xxiii.
¶Admonendi itaqꝫ ſũt q faciẽde pacis ſtudiis occupanť: vt prauorũ mẽtib⁹ prius amorẽ debeãt interne pacis infũdere: quatin⁹ eis poſt modũ valeat exterior pax ꝓdeſſe. vt dũ eorũ cor in illius cognitione ſuſpẽditur: nequaq̃ ad nequitiã ex huius preceptione rapiatur. dũqꝫ ſupernã ꝓuident: terrenã nul-

lo modo ad vſū ſue deteriorationis inclinēt. Cū vero peruerſi quiꝙ tales ſunt: vt nocere bonos nequeant etiā ſi cōcupiſcāt. inter nos nimirum debet terrena pax cōſtrui & priuſq̄ ab eis valeat ſuperna agnoſci. vt hi.ſ. quos cōtra dilectionē dei malicia ſue impietatis exaſperat: ſaltē ex proximi amari māſueſcant. & quaſi e vicino ad melius tranſeant: vt ad illam que a ſe a longe eſt pacē cōditoris aſcēdāt ¶ Ammonitio.xxv.

Aliter admonendi ſunt qui ſacre legis verba nō recte intelligūt. atꝙ aliter qui recte quidem intelligūt: ſed hec humiliter nō loquūtur. Admonēdi ſunt qui ſacre legis verba nō recte intelligūt: vt perpēdāt. quia ſaluberrimū vini potū in veneni ſibi poculū vertūt. ac per medicinale ferrū vulnere mortali ſe feriunt. dū per hoc in ſe ſana perimūt: per qđ ſalubriter abſcidere ſauciata debuerūt. Admonēdi ſunt vt perpēdāt: quod ſcriptura ſacra in nocte vite preſētis quaſi quedam nobis lucerna ſit poſita. cuius nimirum verba dum nō recte intelligūt: de lumine tenebreſcunt. Quos videlicet ad intellectū prauū intētio puerſa nō raperet: niſi prius ſuperbia inflaret. Dū enim ſe pre ceteris ſapiētes arbitrātur: ſequi alios ad meliꝰ intellecta deſpiciūt. atꝙ vt apud imperitū vulgus ſciētie ſibi nomē extorqueāt: ſtudēt ſummope & ab aliis recte intellecta deſtruere: & ſua puerſa roborare. Vñ bene per ꝓphetā dr̄. Secuerūt pregnātes galaad: ad dilatādū terminū ſuū.
Amos.i.
Galaad nanꝙ aceruus teſtimonii interp̄taſ. Et quia cuncta ſimul cōgregatio eccleſie per cōfeſſionē ſeruit teſtimonio veritatis: nō incōgrue p galaad eccleſia exprimiſ: que ore cūctorum fideliū de deo queꝙ ſunt vera teſtaſ. Pregnātes autē galaad vocanſ anime: q̄ intellectū verbi ex diuino amore cōcipiūt. & ſi ad pfectū tempꝰ veniāt: conceptam intelligentiam boni operis oſtenſione pariture ſunt. Terminū vero ſuū dilatare eſt opinionis ſue nomen extendere. Secuerunt ergo pregnantes galaad ad dilatandū terminū ſuum. quia nimirum heretici mētes fideliū que iam aliquid de veritatis intellectu cōceperāt: peruerſa predicatiōe perimūt: & ſciētie ſibi nomē extēdūt. Paruulorū quippe corda iā de verbi cōceptione grauida erroris gladio ſcindunt: & quaſi doctrine ſibi nomē faciūt. Hos ergo cū conamur inſtruere/ne peruerſa ſentiāt ad

moneamꝰ:prius neceſſe eſt ne inanē gloriā querant. Si enim
radix elatiōis abſcidiť cōſequēter rami praue aſſertiōis are-
fiūt. ¶Admonēdi ſunt etiā:ne errores diſcordiaſq; generādo
legē dei (que idcirco data ē vt ſacrificia ſathane prohibeat: eā
dem ipſā) in ſathane facrificiū vertant. Vñ per ꝓphetā dñs
queriť dicēs. Dedi ei frumētū vinū & oleū. & argentū multi Oſee.ii.
plicaui eis & aurū que fecerūt baal. Frumētū quippe a domi
no accipimus:quādo in dictis obſcurioribꝰ ſubducto tegmi-
ne littere per medullā ſpiritꝰ legis interna ſētimꝰ. Vinū ſuū
dominꝰ nobis preſtat:cū ſcripture ſue alta predicatiōe nos in
ebriat. Oleū quoq; ſuū nobis tribuit:cū preceptis apertioribꝰ
vitā noſtrā blāda lenitate diſponit. Argētū multiplicat: cum
nobis luce veritatis plena eloqa ſubmiſtrat. Auro quoq; nos
ditat:quando cor noſtrū intellectu ſummi fulgoris irradiat.
Que cūcta heretici baal offerūt. quia apud auditorū ſuorum
corda corrupte omnia intelligēdo peruertūt. Et de frumēto
dei vino atq; oleo / argento pariter & auro ſathane ſacrificiū
immolāt. quia ad errorē diſcordie verba pacis inclināt. Vñ
admonēdi ſunt vt perpēdāt quia dū peruerſa mēte de prece-
ptis pacis diſcordiā faciūt:iuſto dei examine ipſi de verbis vi
te moriunť. ¶At cōtra admonendi ſūt. qui recte quidē verba
legis intelligūt:ſed hec humiliter non loquunť. vt in diuinis
ſermonibꝰ priuſq̄ aliis eos ꝓferāt:ſemetipſos reqrant ne inſe
quētes alioꝝ facta ſe deſerāt. Et cum recte cūcta de ſacra ſcri
ptura ſētiāt:hoc ſolū qđ ꝑ illā cōtra elatos dř nō attēdāt. Im ꝑ
bus quippe & imperitꝰ eſt medicꝰ:qui aliū mederi appetit:&
ipſe vulnꝰ qđ patiť neſcit. Qui igiť verba dei humiliter non
loquunť:profecto admonendi ſunt vt cū medicamenta egris
apponunt / prius virus ſue peſtis inſpiciant:ne alios medēdo
ipſi moriantur. Admoneri debent vt conſiderent:ne a virtu-
te dicti dicendi qualitate diſcordent. ne loquēdo aliud & oſtē
dēdo aliud predicēt. Audiant itaq; quod ſcriptū eſt. Si qs lo-
quitur: quaſi ſermones dei. Qui ergo verba que proferūt ex
ꝓpriis nō habēt: cur q̄ſi de ꝓpriis tumēt? Audiant qđ ſcriptū
eſt. Sicut ex deo corā deo i xp̄o loqmur. Ex deo eni corā deo
loquiť:qui predicatiōis verbū & quia a deo accipit intelligit:
& placere per illud deo nō hominibus querit. Audiāt quoq;

puer.xvi. quod ſcriptū eſt. Abhominatio dn̄i eſt omnis arrogās. Quia videlicet dū in verbo dei laudē ac gloriā ꝓpriā querit: ius dātis inuadit. eūq; laudi ſui poſtponere nequaq̄ metuit: a quo hoc ipm̄ qđ laudat̄ accepit. Audiāt quod predicatori per ſalo

puer.v. monē dicit̄. Bibe aquā de ciſterna tua: & fluēta putei tui deriuētur. & fōtes tui foras: & in plateis aquas diuide. Habeto eas ſolus: nec ſint alieni participes tui. Aquā quippe predicator de ciſterna ſua bibit: cū ad cor ſuū rediens prius audit ipſe quod dicit. Bibit quidem ſui fluenta putei: ſi ſui irrigatione

Ibidem verbi infundit̄. Vbi bene ſubiungit̄. Diriuētur fōtes tui foras. & in plateis diuide aquas. Rectū quippe eſt vt ipſe prius bibat: & tūc predicādo aliis influat. Fōtes quippe foras deriuare eſt exteri⁹ aliis vim predicatiōis infūdere. In plateis autem aquas diuidere eſt in magna auditorū āplitudine iuxta vniuſcuiuſq; qualitatē diuina eloqa diſpēſare. Et quia plerūq; inanis glorie appetitus ſurrepit: dū ſermo dei ad multorum noticiā currit. Poſtq̄ vero dictū eſt/in plateis aquas diuide:

Ibidem recte ſubiūgit̄. Habeto eas ſol⁹: nec ſint alieni participes tui. Alienos quippe malign⁹ ſpūs vocat. De quib⁹ per ꝓphetā tē

Pſal.liii. tati hominis voce dicit̄. Alieni inſurrexerūt in me: & fortes queſierūt animā meā. Ait ergo. aq̄s & in plateis diuide: & tamē ſolus habe. Ac ſi aperti⁹ dicat. Sic neceſſe eſt vt predicationi exterius ſeruias: quatinus ꝑ elationē te immūdis ſpiritibus nō cōiūgas: ne in diuini verbi miniſterio hoſtes tuos ad te participes admittas. Aquas ergo & in plateis diuidimus & tamē ſoli poſſidem⁹: qn̄ & exteri⁹ late p̄dicationē fūdim⁹: & tamē ꝑ eā humanas laudes aſſequi minime ambimus.

a ALiter quoq; admonēdi ¶ Ammonitio.xxvi.

ſunt qui cū predicare digne valeāt: pre nimia humilitate formidāt. atq; aliter admonēdi ſunt/quos a p̄dicatiōe impfectio vel etas ꝓhibet: & tn̄ p̄cipitatio impellit. Admonendi nāq; ſunt qui cū p̄dicare vtiliter poſſunt: immoderata tn̄ humilitate refugiunt vt ex minori cōſideratione colligant: quātum in maioribus delinquant. Si enim indigētibus ꝓximis ipſi quas habēt pecunias abſconderent: adiutores procul dubio calamitatis extitiſſent. Quo ergo reatu conſtringantur aſpiciāt: q dū peccātib⁹ fratrib⁹ verbū p̄dicatiōis ſubtrahūt:

morietib⁹ vite remedia abſcōdūt. Vnde & bene quidā ſapi
ens dicit. Sapiētia abſcondita & theſaurus inuiſus: que vtili Eccli.xx.
tas in vtriſq₃? Si populū fames attereret/& occulta frumēta
ipi ſeruarēt: auctores ꝓculdubio mortis exiſterēt Qua itaq₃
plectēdi ſunt pena cōſiderēt: qui cū fame verbi anime ꝑeant:
ipſi panē ꝑcepte gratie nō miniſtrāt. Vn̄ & bene ꝑ ſalomonē
dicit᷑. Qui abſcōdit frumēta maledicit᷑ in populis. Frumēta ꝓuer.xi.
qppe abſcōdere eſt p̄dicatiōis ſancte apud ſe verba retinere.
In populis aūt talis quiſq₃ maledicit᷑. quia in ſolius culpa ſilē
tii pro multorū quos corrigere potuit pena dānat᷑. Si medici
nalis artis minime ignari ſecādū vulnus cernerēt. & tn̄ ſeca
re recuſarēt: profecto peccatū fraterne mortis ex ſolo torpo-
re cōmitterēt. Quanta ergo culpa inuoluant᷑ aſpiciant. qui
dū cognoſcāt vulnera mētiū curare negligūt ea ſectione ver
borū. Vnde & bene per ꝓphetā dicitur. Maledictus qui ꝓhi Hie. xlviii.
bet gladiū ſuū a ſanguine. Gladiū qppe a ſanguine ꝓhibere ē
p̄dicatiōis verbū a carnalis vite interfectiōe retinere. De quo
rurſū gladio dicit᷑. Et gladi⁹ me⁹ mādu cabit carnes. Hi autē
cū apud ſe ſermonē predicationis occultāt: diuinas contra ſe
ſentētias terribiliter audiāt. quatin⁹ ab eorū cordib⁹ timorē
timor expellat. Audiāt ꝙ talētū qui erogare noluit: cū ſentē Mat᷑. xxv.
tia dānatiōis amiſit. Audiāt ꝙ paul⁹ eo ſe a ꝓximorū ſangui
ne mūdū credidit: quo feriēdis eorū vitiis nō pepcit dicens.
Cōteſtor vos hodierna die: qa mūdus ſum a ſanguine omni Act᷑.xx.
um. nō enim ſubterfugi quo minus ānunciarē omne cōſiliū
dei vobis. Audiant qđ voce āgelica iohannes admonet᷑: cum
dicit᷑. Qui audit dicat veni. Vt nimirū cui ſe vox interne in Apo.xxii.
ſinuat: illud etiā clamādo alios quo ipſe rapit᷑ trahat. ne clau
ſas fores etiā vocat⁹ iueniat: ſi vocāti vacu⁹ apꝓpinquat. Au
diant ꝙ eſaias q a verbi miniſterio tacuit: illuſtrat⁹ ſupno lu
mine magna voce penitētie ſemetip̄m ip̄e reprehēdit dicēs.
Ve mihi qa tacui. Audiāt qđ ꝑ ſalomonē in illū p̄dicationis Eſaie.vi.
ſciētia multiplicari ꝓmittit᷑: q in hoc qđ iā obtinuit torporis
vitio non tenetur. Ait nāq₃. Anima que benedicit impingua
bitur. & qui inebriat ipſe quoq₃ inebriabitur. Qui enim pre ꝓuer.xi.
dicando exterius benedicit: interius augmenti pinguedinē
recipit. & dum vino eloquii auditorū mētem deebriare non

deſinit:potu multiplicati muneris deebriatus excreſcit. Audiāt qđ dauid hoc deo in munere obtulit ꝙ predicationis gra

Pſal. xxxix tiā quā acceperat nō abſcōdit dicēs. Ecce labia mea nō ꝓhibebo dn̄e tu cognouiſti. Iuſticiā autē tuā non abſcōdi in corde meo: veritatē tuā & ſalutare tuū dixi. Audiant qđ ſponſi col

Cañ. viii. loquio ad ſponſam dicitur. Que habitas in hortis amici auſculta. fac me audire vocē tuā. Eccleſia qppe ī hortis habitat. que ad viriditatē intimā exculta plātaria virtutū ſeruat. Cuiꝰ vocē amicos auſcultare eſt electos quoſqꝫ verbū predicatiōis illiꝰ deſiderare. quā videlicet vocē ſponſus audire deſiderat. q ad predicationē eius per electorū ſuoꝝ aīas anhelat. Audiant ꝙ moyſes cū iraſcentē deū populo cerneret. & aſſumi ad vlciſcēdū gladios iuberet: illos a parte dei denūciat exiſtere

Exo. xxxii. qui delinquētiū ſcelera incunctāter feriret dicēs. Si quis dn̄i eſt iūgatur mihi. ponat vir gladiū ſup femur ſuū. Ite & redite de porta vſqꝫ ad portā p mediū caſtrorū & occidat vnuſqſqꝫ fratrē ſuū & amicū & ꝓximū ſuū. Gladiū qppe ſup femur ponere eſt predicationis ſtudiū voluptatibus carnis anteferre. vt cū ſancta qs ſtudet dicere: curet neceſſe eſt illicitas ſuggeſtiones edomare. De porta v͛o vſqꝫ ad portā ire eſt a vitio vſqꝫ ad vitiū p qđ ad mētē mors ingredit͛ increpando diſcurrere. Per mediū vero caſtrorum tranſire eſt tanta equalitate intra eccleſiā viuere. vt qui delinquentiū culpas redarguit: ī nulliꝰ

Ibidem ſe debeat fauore declinare. Vnde & recte ſubiungitur. Occidat vir fratrem & amicum & proximū ſuum. Fratrem ſcilicet & amicum & proximū interficit: qui cum punienda inuenit ab increpationis gladio nec eis quos per cognationem diligit parcit. Si ergo ille dei dicitur qui ad ferienda vitia zelo diuini amoris excitatur: profecto eſſe ſe dei denegat/qui inquantū ſufficit increpare vitam carnalium recuſat. ¶At cōtra admonēdi ſunt: quos a predicationis officio vel imperfectio vel etas prohibet: & tamen precipitatio impellit. ne dum tanti ſibi onus officii precipitatione arrogant: viam ſibi ſubſequētis meliorationis abſcidant. & cum arripiunt intempeſtiue qđ non valent: perdant etiā quod implere quādoqꝫ tēpeſtiue potuiſſent. atqꝫ ſcientiā quā incongrue conantur oſtendere: iuſte oſtendantur amiſiſſe. Admonēdi ſunt vt cōſiderēt

ꝙ pulli auiū ſi āte pēnarū perfectionem volare appetāt/ vnde ire in alta cupiunt: inde in ima mergūtur. Admonendi ſunt vt cōſiderent ꝙ ſtructuris recētibꝰ necdū ſolidatis/ ſi tignorū pondus ſuperponiť: non habitaculum: ſed ruina fabricatur. Admonendi ſunt vt cōſiderent ꝙ cōceptas ſoboles femine ſi priuſꝗ plene formētur proferunt/ nequaꝗ domos: ſed tumulos replent. Hinc eſt ꝙ ipſa veritas que repēte quos vellet roborare potuiſſet: vt exēplum ſequētibꝰ daret: ne iperfecti predicare preſumerēt/ poſtꝗ diſcipulos de virtutis predicatione inſtruxit: illico adiūxit. Vos aūt ſedete in ciuitate quoadusꝗ ꝙ induamini virtute ex alto. In ciuitate quippe conſedemꝰ: ſi intra mētiū noſtrarū nos clauſtra cōſtringimꝰ: ne loquendo exterius euagemur. vt cū virtute diuina pfecte īduimur: tūc quaſi a nobiſmetipſis foras ꝗſi alios īſtruētes exeamꝰ. Hinc per quēdā ſapiētē dr. Adoleſcēs loquere in cauſa tua vix. Et ſi bis interrogatꝰ fueris. habeat initiū reſpōſio tua. Hinc eſt ꝙ idē redemptor noſter cū in celis ſit conditor: & oſtenſione ſue potētie ſemp doctor angelorum āte trigēnale tempus in terra magiſter noluit fieri hominū. vt videlicet precipitibus vim ſaluberrimi timoris infunderet ·um ipſe etiam qui labi non poſſet: perfecte vite gratiam non niſi perfecta etate predicaret. Scriptū quippe eſt. Cum factus eſſet annorū duodecim: remanſit puer ieſus in hieruſalem. De quo a parētibus requiſito paulopoſt ſubditur. Inuenerūt illum in templo ſedētē in medio doctorū. audientē illos & interrogātē. Vigilāti itaqꝫ cōſideratiōe pēſandū eſt. ꝙ cū ieſus annorū duodecim diciť i medio doctorū ſedēs: nō docēs/ ſed interrogās inuenitur. Quo exēplo ſcilicet oſtēditur: ne infirmus docere quis audeat/ ſi ille puer doceri interrogādo voluit: qui p diuinitatis potēciā verbū ſciētie ipſis ſuis doctoribꝰ miniſtrauit. Hic vero p paulū diſcipulo diciť. Precipe hec & doce: nemo adoleſcētiā tuā cōtēnat. Sciēdū nāqꝫ nobis eſt: qa in ſacro eloqo aliquādo adoleſcētia iuuētꝰ vocať. Quod citius oſtenditur: ſi ſalomonis ad medium verba proferantur: qui ait. Letare iuuenis in adoleſcētia tua. Si enī vtraqꝫ vnū eſſe nō decerneret: quem monebat in adoleſcentia iuuenem non vocaret.

Luc. xxiiii. — Eccľ. xxxii. — Luce. ii. — Ibidem — Ad tyť. — Eccľs. xi.

## Ammonitio. xxvii.

a ALiter admonēdi ſunt/qui in hoc qđ tēporaliter appetūt
tūc proſperanť. atꝗ aliter qui ea quidē que mundi ſunt
cōcupiſcūt: ſed tamen aduerſitatis labore fatigātur. Admo
nēdi nāꝗ ſunt ꝗ in hoc qđ tꝑaliter appetūt ꝓſperanť. ne cū cū
cta ad votū ſuppetūt: dantē querere negligāt. ne in his que dā
tur animū figāt. ne peregrinationē ꝓ patria diligāt. ne ſubſi
dia itineris in obſtacula ꝑuētiōis vertāt. ne nocturno lune lu
mine delectati claritatē ſolis videre refugiāt. Admonēdi ita
ꝗ ſūt: vt queꝗ ī hoc mūdo cōſequūtur: calamitatis ſolacia nō
autē premia retributiōis credāt. ſed cōtra fauores mūdi men
tē erigāt. ne in eis ex tota cordis delectatiōe ſuccūbāt. Quiſ-
quis enī ꝓſperitatē qua vtiť apud iudiciū cordis melioris vi-
te amore nō reprimit: fauorē vite trāſeūtis in mortis ꝑpetue
occaſionē vertit. Hinc eſt enī ꝙ ſub idumeorū ſpecie/ꝗ vincē-
dos ſe ꝓſperitati ſue reliquerūt: in hui⁹ mūdi ſucceſſibus letā
tes increpanť cū diciť. Dederūt terrā meā ſibi in hereditatem
cū gaudio: & toto corde & aīo. Quib⁹ verbis perpendiť ꝙ nō
ſolū ꝗa gaudeāt: ſed ꝙ toto corde & ex aīo gaudeāt: diſtricta
ꝓuer.i. reprehenſione ferianť. Hinc ſalomon ait. Auerſio paruulorū
interficiet eos & ꝓſperitas ſtultorū perdet illos. Hinc paulus
i. Coꝝ.iii. admonet dicēs. Qui emūt tanꝗ̄ nō poſſidētes: & ꝗ vtunť hoc
mūdo tanꝗ̄ non vtanť. Vt videlicet ſic nobis que ſuppetunt
exterius ſeruiāt: quatinus a ſupne delectatiōis ſtudio animū
non inflectāt: ne luctū nobis interne peregrinatiōis temperēt
ea que in exiliū poſitis ſubſidiū prebēt: & quaſi felices in trā-
ſitoriis nos gaudeam⁹ ꝗ ab eternis nos interimi miſeros cer
Canť.ii. nimus. Hinc nāꝗ eſt ꝙ de electorū voce dicit eccleſia. Leua
eius ſub capite meo: & dextera illi⁹ amplexabiť me. Siniſtrā
dei proſperitatē videlicet vite preſentis quaſi ſub capite poſu
it: quā intētione ſummi amoris premit. Dextera vero dei eā
amplectiť. quia ſub eterna eius beatitudine tota deuotiōe cō-
ꝓuer.iii. tineť. Hinc rurſū per ſalomonē diciť. Longitudo dierū in de
xtera eius: in ſiniſtra vero eius diuitie & gloria. Diuitie itaꝗ
& gloria qualiter ſint habenda docuit: ꝗ̄ poſita in ſiniſtra me
Pſal.cvii. morauit. Hinc pſalmiſta ait. Saluū fac dextera tua. Neꝗ enī
ait manu: ſed dextera. vt videlicet cum dexterā diceret/ quia
eternā ſalutē quereret indicaret. Hic rurſū ſcriptū eſt. Dexte

ra manꝰ tua dñe cõfregit inimicos. Hoſtes enĩ dei & ſi in ſini
ſtra eius ꝓficiũt: in dextera frangũtur. quia plerũqꝫ prauos vi
ta preſens eleuat: ſed aduẽtus eterne beatitudinis dãnat. Ad
monẽdi ſunt qui in hoc mũdo ꝓſperant̃. vt ſolerter cõſiderẽt
quia preſentis vite ꝓſperitas aliqñ idcirco datur vt ad meliorẽ
vitã ꝓuocet. aliqñ vero vt in eternũ plenius damnet. Hinc eſt
enĩ ꝙ plebi iſraelitice chanaan terra ꝓmittitur: vt quãdoqꝫ ad
eterna ſperanda ꝓuocet̃. Neqꝫ enĩ rudis pp̃lus ille ꝓmiſſioni-
bus dei in longinquũ crederet: ſi a ꝓmiſſore ſuo nõ etiã e vi-
cino aliq̃d percepiſſet. Vt ergo ad eternorũ fidẽ citius robo
retur/nequaq̃ ſpe ad res: ſed rebus quoqꝫ ad ſpem trahit̃. Qd̃
liquido pſalmiſta teſtat̃: dicẽs. Dedit eis regiones gentiũ: & Pſal.ciiii.
labores populorũ poſſederũt. Vt cuſtodiãt iuſtificatiões eiꝰ
& legẽ eius exquirãt. Sed cũ largiente deũ humana mens bo
ni operis repenſatione non ſequit̃: vnde nutrita pie credit̃/in
de iuſtius damnat̃. Hic enĩ per pſalmiſtã dicit̃. Deieciſti eos Pſal.lxxi.
dum alleuarẽtur. Quia videlicet reprobi cum recta opera di
uinis muneribꝰ non rependũt: cum totos ſe hinc deſerũt & af
fluẽtibꝰ ꝓſperitatibus dimittũt vnde exterius proficiũt: inde
ab intimis cadunt. Hinc eſt ꝙ in inferno cruciato diuiti dici-
tur. Recepiſti bona in vita tua. Idcirco etenĩ recipit bona in Luce.xvi.
vita ſua malus: vt illic pleniꝰ mala reciperet. quia hic fuerat
nec per bona conuerſus. ¶ At contra admonendi ſunt qui ea
quidem que mundi ſunt cõcupiſcunt: ſed tamen aduerſitatis
labore fatigant̃: vt ſollicita conſideratione ꝑpendant. creator
diſpenſatorqꝫ cunctorũ quanta ſuper eos gratia vigilat: quos
in ſua deſideria nõ relaxat. Ergo quippe quẽ medicus deſpe
rat: concedit vt cuncta que cõcupiſcit accipiat. Nam qui ſana
ri poſſe creditur: a multis que appetit ꝓhibetur. Et pueris nũ
mos ſubtrahimus: quibus tota ſimul patrimonia heredibus
reſeruamus. Hinc ergo de ſpe eterne hereditatis gaudiũ ſu-
mant: quos aduerſitas vite temporalis humiliat. quia niſi ſal
uandos eos in perpetuum cerneret: erudiendos ſub diſcipli-
ne regimine diuina diſpenſatio non frenaret. ¶ Admonendi
itaqꝫ ſunt qui in his que tẽporaliter cõcupiſcũt: aduerſitatis la
bore fatigantur. vt ſollicite cõſiderent ꝙ plerũqꝫ etiam iuſtos
cum tẽporalis potẽtia ſuſtulit: velut in laqueũ culpa cõprehen

dit. Nā ſicut in priori huius voluminis parte iā diximꝰ deo
i.Re. xxiiii dauid prius amabilis rectior fuit in ſeruitio q̄ cū peruenit ad
regnū. Seruus nāq; amore iuſticie deprehenſum aduerſariū
ii.Re.xi. ferire timuit. Rex autē perſuaſiōe luxurie deuotū militē eti
am ſub ſtudio fraudis extinxit. Quis ergo opes: quis pote-
ſtatē: quis gloriā querit innoxie/ſi & illi extiterūt noxia qui
hec habuit nō queſita? Quis inter hec ſine magno diſcrimi
nis labore ſaluabif: ſi ille in his culpa interueniēte turbatꝰ ē:
qui ad hec fuerat deo eligēte preparatus? Admonēdi ſunt vt
iii.Re.xi. cōſiderēt quia ſalomō qui poſt tantā ſapiētiā vſq; ad idolatriā
cecidiſſe deſcribif: nihil in hoc mūdo prius q̄ caderet aduerſi
tatis habuiſſe memoraf. Sed cōceſſa ſapiētia fūditus cor de-
ſeruit: qd nulla vel minima tribulatiōis diſciplina cuſtodiuit

¶ Ammonitio.xxviii.

ALiter admonēdi ſunt cōiugiis obligati: atq; aliter cōiu
gii nexibꝰ liberi. Admonēdi ſūt nāq; ꝯiugiis obligati: vt
cū viciſſim q̄ ſunt alteriꝰ cogitant ſic eorꝝ quiſq; placere ſtude
at cōiugi: vt nō diſpliciat conditori. ſic ea que huiꝰ mūdi ſunt
agāt: vt tñ appetere que dei ſunt nō omittāt. ſic de bonis pre-
ſentibꝰ gaudeāt vt tamē ſollicita intētiōe mala eterna perti
meſcāt. ſic de malis tēporalibꝰ lugeāt: vt tamē cōſolatione in
tegra ſpē in bonis perēnibꝰ figāt. quatinꝰ dum in tranſitu co
gnoſcūt omne quod agūt: in manſione ſciant quod appetunt.
nec mala mūdi cor cōfringant: cū ſpes bonorū celeſtiū robo
rat. nec bona preſentis vite decipiant: cū ſuſpecta ſubſequen
tis iudicii mala cōtriſtāt. Itaq; animꝰ chriſtianorū cōiugū eſt
& infirmus & fidelis. qui & plene cuncta tēporalia deſpicere
nō valet: & tamē eternis ſe cōiūgere per deſideriū valet: q̄uis
in delectatiōe carnis interim iaceat: ſuperne ſpei refectiōe cō
ualeſcat. Et ſi habet que mūdi ſūt in vſu itineris: ſperet q̄ dei
ſunt in fructu ꝑuentionis. nec totū ſe ad hoc quod agit confe
rat: ne ab eo quod robuſte ſperare debuit funditꝰ cadat. Qđ
i.Corꝫ. vii. bene ac breuiter paulꝰ exprimit: dicēs. Qui habēt vxores tā
q̄ nō habētes ſint. & qui flent tanq̄ nō flentes: & qui gaudent
tanq̄ nō gaudētes. Vxorē quippe quaſi nō habēdo habet/qui
ſic per illam carnali cōſolatiōe vtitur: vt tamē nūq̄ ad praua
opera a melioris intētionis rectitudine eius amore flectatur.

Vxorē quaſi nō habēdo habet/ qui trāſitoria eſſe cūcta cōſpi
ciēs curā carnis ex neceſſitate tolerat: ſed eterna gaudia ſpūs
ex deſiderio expectat. Nō flendo aūt flere eſt ſic exteriora ad-
uerſa plangere: vt tamen nouerit eterne quoqꝫ ſpei cōſolatio
ne gaudere. Et rurſum. Nō gaudendo gaudere eſt ſic de infi
mis animū attollere: vt tamē nunq̄ deſinat ſumma formida
re. Vbi quoqꝫ apte paulopoſt idem doctor ac predicator gen
tiū ſubdit: dicēs. Preterit enī figura huius mūdi. Ac ſi aper Ibidem
te diceret. Nolite cōſtanter mundū diligere: quādo & ipſe nō
poteſt quē diligitis ſtare. Incaſſum cor quaſi amātes figitis:
dū fugit ipſe quē amatis. ¶ Admonēdi ſunt cōiuges. vt ea in
quibus ſibi aliqn̄ diſplicēt: & patiētes inuicē tolerēt & exhor-
tantes inuicē ſaluēt. Scriptū nāqꝫ eſt. Inuicē onera veſtra por Gal. v.
tate: & ſic adimplebitis legē chriſti. Lex quippe xp̄i charitas
eſt. quia ille nobis & largiter ſua bona contulit: & equanimi
ter mala noſtra portauit. Tūc ergo legē chriſti & eius māda
ta imitādo cōplemus: quādo & noſtra bona benigne conferi
mus: & noſtrorū mala pie ſuſtinemꝰ. ¶ Admonēdi quoqꝫ ſūt
& coniuges/ vt eoꝝ quiſqꝫ non tam que ab altero tolerat: quā
que ab ipſo tolerent̄ attendat. Si enī ſua que portantur cōſide
ret: ea q̄ ab altero ſuſtinet leuius portat. ¶ Admonēdi ſunt cō
iuges vt ſuſcipiēde prolis ſe meminerint cauſa cōiunctos. &
cū immoderate admixtioni ſeruiētes: ꝓpagatiōis articulū in
vſum tranſferūt voluptatis. perpēdāt ꝙ licet extra non exeāt
in ipſo tamen cōiugio cōiugii iura trāſcendūt. Vnde neceſ-
ſe eſt vt crebris exorationibꝰ deleant ꝙ pulchrā copule ſpeciē
admixtis voluptatibus fedāt. Hinc eſt enī ꝙ peritus medici-
ne celeſtis apoſtolus non tam ſanos inſtituit q̄ infirmis medi
camenta monſtrauit dicēs. De quibus ſcripſiſtis mihi: bonū i. Coꝛ. vii.
eſt homini mulierē nō tangere. ꝓpter fornicationē aūt vnuſ-
quiſqꝫ ſuam habeat vxorē: & vnaqueqꝫ ſuū virū habeat. Qui
enī fornicationis metū premiſit: profecto non ſtātibus prece
ptū contulit. ſed ne fortaſſe in terrā ruerent: lectū cadentibus
oſtendit. Vnde adhuc infirmantibꝰ ſubdidit. Vxori vir debi Ibidem
tum reddat: ſimiliter & vxor viro. Quibus dū in magna ho-
neſtate cōiugii aliquid de voluptate largiret̄: paulopoſt ſub
didit. Hoc autē dico ſecundū indulgētiā: nō ſecundū imperiū. Ibidem

Culpa quidem eſſe innuit̃/quod indulgeri perhibetur. Sed que tã to citius relaxetur:quanto nõ per hãc illicitũ quid agitur.ſed hoc quod eſt licitũ ſub moderamine nõ tenet̃. Quod
Geñ.xix. bene loth in ſemetipo exprimit. qui ardẽtẽ ſodomam fugit. ſed tñ ſegor inueniens nequaq̃ mox mõtana cõſcẽdit. Ardẽtẽ qppe ſodomam fugere eſt illicita carnis incẽdia declinare. Altitudo vero montiũ eſt mundicia continentium. Vel certe quaſi in monte ſunt qui etiam carnali copule inherent:ſed tamen extra ſuſcipiende prolis admixtionẽ debitã nulla carnis voluptate ſoluuntur. In mõte quippe ſtare qd eſt niſi fructus ꝓpaginis in carne nõ querere? In mõte ſtare ẽ carni carnaliter non adherere. Sed qa multi ſũt q ſcelera quidem carnis deſerũt: nec tamẽ in cõiugio poſitivſus ſolũmodo debiti iura cõſeruẽt. Exiit qdem loth ſodomã:ſed tamẽ mox ad mõtana nõ puenit. qa iã dãnabilis vita relinquit̃: ſed adhuc celſitudo cõiugalis cõtinẽtie ſubtiliter nõ tenet̃. Eſt vero in medium ſegor ciuitas:que fugientẽ ſaluet infirmũ. quia videlicet cũ ſibi per incõtinẽtiã miſcent̃ cõiuges: & lapſus ſcelerũ fugiũt:& tamen venia ſaluant̃:quaſi paruã ciuitatẽ inueniunt in qua ab ignibus defẽdant̃. quia cõiugalis hecvita nõ quidẽ in virtutibꝰ mira eſt: tamẽ a ſuppliciis ſecura. Vñ iſdẽ loth
Geñ.xix. ad angelũ dicit. Eſt ciuitas hic iuxta ad quã poſſum fugere parua:& ſaluabor in ea? Nũquid nõ modica eſt: & viuet anima mea in ea? Iuxta ergo dicit̃: & tamen ad ſalutẽ tuta phibet̃. quia cõiugalis vita nec a mũdo lõge diuiſa eſt: nec tñ a gaudio ſalutis aliena. Sed tũc in hac actiõe vitã ſuã cõiuges q̃ſi i parua ciuitate cuſtodiũt : quãdo ꝓ ſe aſſiduis depcatiõibꝰ in
Ibidem tercedũt. Vñ & recte per ãgelũ ad eundẽ loth dicit̃. Ecce etiã in hoc ſuſcepi preces tuas : vt non ſubuertam vrbem pro qua locutus es. Quia videlicet cũ deprecatio fũditur deo:nequaq̃ coniugii vita damnatur. De qua deprecatione quoq; paulus
i.Corꝫ. vii. admonet dicens. Nolite fraudare inuicem niſi forte ex conſenſu ad tempus:vt vacetis oratiõi. ¶ At cõtra admonẽdi ſũt qui ligati cõiugiis nõ ſũt. vt celeſtibꝰ p̃ceptis eo rectiꝰ ſeruiãt: quo eos ad curas mũdi nequaq̃ iugum copule carnalis inclinat. vt quos onꝰ licitũ cõiugii nõ grauat:nequaq̃ põdꝰ illicitũ terrene ſollicitudinis p̃mat. ſed tãto eos paratiores dies vlti

onis quāto expeditiores inueniat. ne quo meliora agere va-
cātes poſſunt/ſed tamen negligūt: eo ſupplicia deteriora me
reanť. Audiāt ꝙ apoſtolus cū quoſdā ad celibatus gratiā in-
ſtrueret nō cōiugium ſpernit: ſed curas mūdi naſcentes ex cō
iugio repulit dicens. Hoc ad vtilitatem veſtram dico. Non Ibidem
vt laqueum vobis iniiciā: ſed ad id quod honeſtū eſt. & quod
facultatem prebeat ſine inpedimento domino obſeruādi. Ex
coniugiis quippe terrene ſollicitudines ꝓdeunt. & idcirco ma
giſter gētiū auditores ſuos ad meliora perſuaſit. ne ſollicitu-
dine terrena ligarenť. Q ué ergo celibē curarū ſeculariū im-
pedimētū prepediit. & cōiugio ſe nequaq̄ ſubdidit: & tñ cōiu
gii onera nō euaſit. Admonēdi ſūt celibes ne ſine dānatiōis
iudicio miſceri ſe feminis vacātibꝰ putēt. Cū enim paulꝰ for
nicatiōis vitiū tot criminibꝰ execrādis inſerit: cuiꝰ ſit reatꝰ
indicauit dicēs. Neq; fornicatores. neq; ſeruiētes idolis. neq; i. Cor. vi.
adulteri. neq; molles. neq; maſculorū cōcubitores. neq; fures.
neq; auari. neq; ebrioſi. neq; maledici. neq; rapaces regnū dei
poſſidebūt. Et rurſum. Fornicatores aūt & adulteros iudi- Hebr. xiii.
cabit deus. Admonēdi ſunt itaq;: vt ſi tētationū procellas cū
difficultate ſalutis tolerāt: cōiugii portū petāt. Scriptū nanq;
eſt. Meliꝰ eſt nubere q̄ vri. Sine culpa ſcilicet ad cōiugiū veni i. Cor. vii.
unt: ſi tamē nec dū meliora vouerūt. Nā quiſqs bonū maius
ſubire propoſuit: bonū minus qđ licuit illicitū fecit. Scriptū
quippe eſt. Nemo mittēs manū ſuam ad aratrū & reſpiciēs Luce. ix.
retro: aptus eſt regno celorum. Q ui igitur fortiori ſtudio in
tēderat: retro cōuincitꝰ reſpicere ſi relictis āplioribꝰ bonis ad
minima retorqueť. Ammonitio. xxix.

Aliter admonēdi ſunt peccatorū carnis conſcii: atq; ali
ter ignari. Admonēdi nanq; ſunt peccata carnis exper
ti: vt mare ſaltē poſt naufragiū metuāt: & perditionis ſue di
ſcrimina vel cognita perhorreſcāt. ne qui pie poſt perpetrata
mala ſeruati ſūt: hec improbe repetēdo moriānť. Vñ peccan
ti anime nūq̄ a peccato deſinēti dr̄. Frōs mulieris meretricis Hiere. iii.
facta ē tibi: noluiſti erubeſcere. Admonēdi ſūt itaq; vt ſtude-
ant q̄tinꝰ ſi accepta nature bona integra ſeruare noluerūt: ſal
tē ſciſſa reſartiāt. Quibꝰ nimirū neceſſe eſt. vt ꝑpendāt in tā
magno fidelium numero: q̄ multi & ſe illibatos cuſtodiant:

& alios ab errore cōuertant. Quid ergo iſti dicturi ſunt: ſi ali is integritate ſtātibus ipſi nec poſt dāna reſipiſcāt? Quid di cturi ſunt: ſi cū multi & alios ſecum deferunt ad regnum: hi expectāti domino nec ſemetipſos reducant? Admonēdi ſūt: vt p̄terita cōmiſſa ꝯſiderēt: & iminētia deuitēt. Vñ ſub iudee ſpecie per ꝓphetā dominus corruptis in hoc mūdo mētibus: tranſactas ad memoriā culpas reuocat: quatin⁹ pollui in fu-

Eze.xxiii. turis erubeſcāt: dicēs. Fornicate ſunt in egypto in adoleſcētia ſua. ibi ſubacta ſunt vbera earū. & fracte ſunt māme puberta tis earū. In egypto quippe vbera ſubigunꝰ: cū turpi hui⁹ mū di deſiderio humane mētis voluptatib⁹ ſubſternunꝰ. In egy pto pubertatis māme frāgunꝰ quando naturales ſenſus ad- huc in ſemetipſis integri: pulſātis cōcupiſcētie corruptiōe vi tianꝰ. ¶ Admonēdi ſunt carnis pctā experti. vt vigilāti cura cōſpiciāt poſt delicta nobis ad ſe redeūtib⁹ de⁹ quāta beniuo

Hiere.iii. lentia ſinū pietatis expandat: cū per prophetā dicit. Si dimi ſerit vir vxorē ſuā: & illa recedēs duxerit virum aliū: nunqd reuerteꝰ ad eū vltra? Nunqd nō polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autē fornicata es cū amatorib⁹ multis: tamē reuertere ad me dicit dñs. Ecce de fornicāte & relicta mulie re argumētū iuſticie p̄poniꝰ & tñ nobis redeūtib⁹ poſt lapſū nō iuſtitia: ſed pietas exhibeꝰ. Vt hinc vtiq͞ colligam⁹. ſi no bis delinquētib⁹ tāta pietate parciꝰ: a nobis nec poſt delictū redeuntibus quanta improbitate peccaꝰ: aut que ab illo erit ſuper improbos venia q̄ nō ceſſat vocare poſt culpā. Que ni mirū p̄ ꝓphetā poſt delictū miſericordia vocatiōis exprimiꝰ:

Eſa.xxx. cū auerſo homini dꝛ. Et erunt oculi tui vidētes p̄ceptorē tuū: & aures tue audiēt verbū poſt tergū monētis. Humanū q̄ppe genus dñs in faciē monuit: quādo in paradiſo cōdito homi- ni atq͞ libero arbitrio ſtāti: quid facere: quidve non deberet indixit. Sed homo in dei faciem terga dedit cū ſuperbiēs ei⁹ iuſſa cōtempſit. Nec tamē ſuperbientem de⁹ deſeruit qui ad reuocandum hominem legē dedit exhortātes āgelos miſit. in carne noſtre mortalitatis ip̄e appuit. Ergo poſt tergū ſtans nos admonuit: qui ad recuperationē nos gratie etiam contē ptus vocauit. Quod igiꝰ generaliter ſimul potuit dici de cū ctis hoc neceſſe eſt ſpecialiter ſentiri de ſingulis. Quaſi enim

corā poſitus deo quiſq; verba monitiōis eius pcipit: cū priuſq̄ peccata ppetret: volūtatis ei⁹ precepta cognoſcit. Adhuc enī ante faciē eius ſtare eſt necdū eū peccādo contēnere. Cū vero derelicto bono innocētie iniquitatē eligēs appetit: iam terga eius in faciē mittit. Sed ecce adhuc & poſt tergum deus ſubſe quēs monet: qui etiā poſt culpā ad ſe redire perſuadet. Auer ſum reuocat cū cōmiſſa non reſpicit: ſed reuertēti ſinū pieta- tis expandit. Vocē ergo poſt tergū monentis audimus: ſi ad inuitantē nos dn̄m ſaltē poſt peccata reuertimur. Debemus ergo pietatē vocātis erubeſcere: ſi iuſticiā nolumus formida re. quia tanto grauiori improbitate contēnitur: quāto & con tēptus adhuc vocare nō dedignat̄. ¶ At cōtra admonēdi ſunt peccata carnis ignorantes. vt tanto ſollicitius precipitē ruinā metuāt: quāto altius ſtant. ¶ Admonēdi ſunt vt nouerint. qa quo magis loco preminēti cōſiſtunt: eo crebrioribus ſagittis inſidiatoris impetūtur. Qui tāto ardētius ſolet erigi: quāto robuſtius ſe cōſpicit vinci. tantoq; intolerabili⁹ dedignat̄ vin ci: quāto cōtra ſe videt p integra infirmi carnis caſtra pugna ri. Admonēdi ſunt vt inceſſanter p̄mia ſuſcipiant: & libēter pculdubio tētationū quas tolerāt labores calcāt. Si enī atten datur felicitas que ſine trāſitu attingit̄: leue fit qđ tranſeūdo laborat̄. Audiāt qđ per pphetā dicit̄. Hec dicit dn̄s eunuchis. Qui cuſtodierint ſabbata mea. & elegerint que volui. & fed⁹ Eſa. lvi. meū tenuerint: dabo eis in domo mea & in muris meis locū & nomen melius a filiis & filiab⁹. Eunuchi quippe ſunt: qui compreſſis motib⁹ carnis affectū in ſe praui operis abſcidūt. Quo autē apud patrē loco habeātur oſtēditur. quia in domo patris videlicet eterne māſione etiā filiis preferūtur. Audiāt qđ per iohānē dicit̄. Hi ſunt qui cū mulierib⁹ nō ſunt coinqui Apo. xiiii. nati. virgines enī ſunt: & ſequuntur agnū quocūq; ierit. Et cꝫ canticū cantāt qđ nemo poteſt dicere: niſi illa centūquadragi- taquattuor milia. Singulariter q̄ppe cāticū agno cātare eſt cū eo in ppetuū pre cūctis fidelibus etiā de incorruptiōe carnis gaudere. Qđ tn̄ electi ceteri cāticū audire poſſunt: licet dicere nequeāt. qa p charitatē qdē in illorū celſitudine leti ſunt: q̄uis ad eorū premia nō aſſurgāt. Audiāt peccatorū carnis ignari qa per ſemetipm̄ de hac integritate veritas dicit. Non oēs ca Mat̄. xix.

piunt verbū hoc. Q đ eo intonuit ſummum: quo denegauit omni. & dū ꝑdicit quia difficile capit̃: audiētib⁹ innuit ceptū cū qua cautela teneat̃. ¶ Admonēdi ſunt itaꝗ peccata carnis ignorātes. vt & ꝑminere virginitatē ꝯiugio ſciāt: & tamen ſe ſuper cōiuges nō extollāt. quatin⁹ dū & virginitatē ꝑferunt & ſe poſtponūt. & illud nō deſerāt quod melius eſſe eſtimāt. & ſe cuſtodiāt quo ſe inaniter nō extollāt. Admonēdi ſunt vt cōſiderēt ꝙ pleruꝗ actiōe ſecularium vita cōtinētiū cōfūditur. cū illi vltra habitū aſſumāt opera: & iſti iuxta ordinē ꝓpriū
Eſa. xxiii. nō excitāt corda. Vn̄ bene p ꝓphetā dicit̃. Erubeſce ſidō ait mare. Quaſi enim per vocē maris ad verecūdiā ſidō adducitur: quando per cōparatiōnē vite ſecularium: atꝗ in hoc mūdo fluctuantium eius qui munitus & quaſi ſtabilis cernitur: vita reprobatur. Sepe enim nonnulli ad dominū poſt peccata carnis redeūtes: tāto ardētius ſe in bonis operibus exhibēt: quanto dammabiliores ſe de malis vident. Et ſepe quidam in carnis integritate perdurātes: cū minus ſe reſpiciunt habere quod defleant: plene ſibi ſufficere vite ſue innocētiam putāt: atꝗ ad feruorem ſpiritus nullis ſe ardoris ſtimulis inflammāt. Et fit pleruꝗ deo gratior amore ardens vita poſt culpā: ꝙ̄ ſecuritate torpens innocentia. Vn̄ & voce iudicis dicitur.
Luce. vii. Remittuntur ei peccata multa. quia dilexit multum. Et gaudium erit in celo ſuper vnum peccatorē penitētem: magis ꝙ̄ ſup nonagintanouē iuſtos ꝗb⁹ nō op⁹ eſt penitētia. Q đ citi⁹ ex ipſo vſu colligim⁹: ſi noſtre mētis iudicia pēſem⁹. Pl⁹ nāꝗ terram diligimus: que poſt ſpinas exarata fructus vberes ꝑducit: ꝙ̄ que nullas ſpinas habuit: ſed tamen exculta ſterilem ſegetem gignit. ¶ Admonendi ſunt peccata carnis ignorantes. ne ſuperioris ordinis celſitudine ſe ceteris preferāt: cum ab inferioribus quanta ſe melius agantur ignorant. In examine nanꝗ recti iudicis mutat merita ordinū qualitas actionū. Quis enim cōſideratis rerū ipſis imaginib⁹ neſciat ꝙ in natura gēmarum carbūculus prefertur iacincto. Sed tamen cerulei coloris iacinctus prefert̃ pallēti carbūculo. quia & illi quod nature ordo ſubtrahit: ſpecies decoris adiungit. & hūc quem naturalis ordo pretulerat coloris qualitas fedat. Sic ergo ī humano genere & quidā ī meliori ordine deteriores ſūt:

& qdā in deteriori meliores. qa & iſti ſortē extremi habit⁹ be
ne viuēdo trāſcēdūt. & illi ſupioris loci meritū moribus non
exequēdo diminuūt. Ammonitio. xxx.

a Liter admonendi ſunt qui peccata deplorant operum
atq́ aliter qui cogitationū. Admonēdi ſunt qui peccata
deplorāt operū: vt cōſummata mala perfecto diluant lamēto
ne plus aſtringantur in debito perpetrati operis: ſi minus ſol
uant in fletibus ſatiſfactionis. Scriptum quippe eſt. Potū de Pſal. lxxix.
dit nobis in lachrimis & menſura: vt videlicet vniuſcuiuſq́
mēs tantum penitendo compunctionis ſue bibat lachrymas:
quantū ſe a deo meminit aruiſſe per culpas. Admonendi ſūt
vt inceſſanter admiſſa ante oculos reducāt. atq́ viuēdo agāt
vt diſtricto iudice videri non debeant. Vnde dauid cū pete
ret dicens. Auerte oculos tuos a peccatis meis. paulo ſuperi Pſal. l.
us intulit. delictū meū corā me eſt ſemper. Ac ſi diceret. Pec
catū meum reſpicias poſtulo. quia hoc reſpicere ipe nō ceſſo.
Vnde & per prophetā dominus dicit. Et peccatorū tuorū me
mor nō ero: tu aūt memor eſto. Admonendi ſunt vt ſingula
queq́ admiſſa cōſiderēt. & dū per vnūqdq́ erroris ſui ingna
tionē deflent: ſimul ſe ac totos lachrymis mūdent. Vnde be
ne p hieremiā dicit᷑: cū iudee ſingula delicta pēſarētur. Diui Tren. iii.
ſiones aq̄ꝝ deduxit ocul⁹ me⁹. Diuiſas qppe ex oculis aq̄s de
ducim⁹: qn̄ pctīs ſingulis diſptitas lachrimas damus. Neq́
enī vno eodē tpe eque mēs de oīb⁹ dolet. ſed dū nūc hui⁹ nūc
illi⁹ culpe memoria acrius tāgit᷑: ſimul de oīb⁹ in ſingulis cō
mota purgat᷑. Admonēdi ſunt. vt de miſericordia quā poſtu
lāt preſumāt: ne vi immoderate afflictiōis ītereāt. Neq́ enī
pius dominus ante delinquētium oculos flenda peccata op
poneret: ſi per ſemetipſū ea diſtricte ferire voluiſſet. Conſtat
enim ꝙ a ſuo iudicio abſcōdere voluit: quos miſerādo p̄ueni
ens ſibimetip̄is iudices fecit. Hinc enim ſcriptū eſt. Preueni Pſal. xciiii.
am⁹ faciē dn̄i in cōfeſſiōe. Hinc per paulū dr̄. Si noſmetip̄os i. Coꝝ. xi.
diiudicarem⁹: nō vtiq́ iudicaremur. Rurſūq́ admonēdi ſūt
vt ſic de ſpe fiduciam habeant: vt nec tamen incauta ſecurita
te torpeſcant. Plerumq́ enī hoſtis callidus mentē quā pecca
to ſupplātat: cū de ruina ſua afflictā reſpicit: ſecuritatis peſti
fere blandiciis ſeducit. Quod figurate exprimitur: cū factū

Geneſ. xxxiiii.

dyne memoraẽ. Scriptũ quippe eſt. Egreſſa eſt dyna vt vide
ret mulieres regionis illi⁹: quã cũ vidiſſet ſichen filius emor
euei princeps terre illius: adamauit & rapuit & dormiuit cũ
illa vi opprimẽs virginẽ. & cõglutinata eſt anima eius cum
ea: triſteq; blãdiciis deliniuit. Dyna quippe vt mulieres vide
at extranee regionis egrediẽ: quãdo vnaqueq; mens ſua ſtu-
dia negligẽs: actiones alienas curãs extra habitũ atq; extra
ordinẽ ꝓpriũ vagaẽ. Quã ſichẽ princeps terre illius opprimit
quia videlicet inuentã in curis exteriorib⁹ diabol⁹ corrũpit.
& cõglutinata eſt anima eius cũ ea. Et quia vnitã ſibi per ini
quitatẽ reſpicit: & quia cũ mẽs a culpa reſipiſcit ad ſe duciẽ:
atq; admiſſum flere conaẽ. Corruptor aũt ſpes & ſecuritates
vacuas ãte oculos vocat quatin⁹ vtilitatẽ triſticie ſubtrahat:
recte illic ſubiũgiẽ. Triſteq; blãdiciis deliniuit. Modo enim
aliorũ facta grauiora. modo nihil eſſe qd ꝑpetratũ eſt. modo
miſericordẽ deũ loquiẽ. modo adhuc tẽpus ſubſequẽs ad pe
nitẽtiã polliceẽ. vt dũ p hec decepta mẽs duciẽ: ab intẽtiõe pe
nitẽtie ſuſpẽdaẽ. q̃tin⁹ tũc bona nulla ꝑcipiat quã nunc mala
cõtriſtãt: & tũc pleni⁹ obruaẽ ſuppliciis: q̃ nũc etiã gaudet in
delictis. ¶At contra admonendi ſunt q peccata cogitationũ
deflent: vt ſollicite conſiderẽt intra mẽtis archana: vtrum de-
lectatione tantũmodo: an etiam conſenſu deliquerũt. Plerũ
q; enim tẽtatur cor. & ex carnis nequitia delectaẽ: & tamẽ ei
dem nequitie ex ratiõe renititur. vt in ſecreto cogitatiõis &
cõtriſtet qd libet: & libeat q cõtriſtat. Nõnunq̃ vero ita mẽs
baratro tentationis obſorbetur: vt nullatenus recitatur. ſed
ex deliberatione ſequitur hoc vnde ex delectatione pulſatur.
& ſi facultas exterior ſuppetat rerum: mox effectibus interi
ora vota conſummãt. Quod videlicet ſi iuſta animaduerſio
diſtricti iudicis reſpicit: non eſt iam cogitatiõis culpa ſed op
is. quia & ſi rerũ tarditas foras peccatum diſtulit: intus hoc
conſentionis opere voluntas impleuit. In primo autem parẽ
te didicimus: quia tribus modis omnis culpe nequitiã perpe
tramus. ſuggeſtiõe ſcilicet delectatione & cõſenſu. Primum
itaq; per hoſtẽ. ſecũdum vero per carnẽ. tertiũ per ſpiritũ per
petratur. Inſidiator enim praua ſuggerit. caro ſe delectatio-
ni ſubiicit. atq; ad extremum ſpiritus victus conſentit. Vñ &

ille ſerpēs praua ſuggeſſit. eua aūt quaſi caro ſe delectatione ſubdidit. adā vero velut ſpiritus ſuggeſtiōe ac delectatiōe ſuperat⁹ cōſenſit. Suggeſtiōe itaq₃ peccatū cognoſcim⁹. delectatione vincimur. cōſenſu etiā ligamur. ¶ Admonēdi ſunt igitur q nequitias cogitatiōis deflēt. vt ſollicite cōſiderēt in qua peccati mēſura ceciderūt. q̄tin⁹ iuxta ruine modū quam in ſe metipſis introrſus ſentiūt: etiā mēſura lamētationis erigantur. ne ſi cogitata mala minus excruciant: vſq₃ ad perpetrāda opera perducātur. Sed inter hec ita terrēdi ſunt: vt tamē minime frangātur. Sepe enim miſericors deus eo citius peccata cordis abluit: quo exire ad opa nō permittit. & cogitata nequitia tāto citius ſoluit̃ quanto effectu operis diſtrictius nō ligatur. Vnde recte per pſalmiſtam dicitur. Dixi pronūciabo aduerſum me iniuſticias meas dn̄o. et tu remiſiſti impietatē cordis mei. Qui aūt impietatē cordis ſubdidit: qa cogitationū iniuſticias ꝓnūciare vellet īdicauit. Dūq₃ ait. dixi ꝓnunciabo. atq₃ illico adiūxit: & tu remiſiſti. q̄ ſit ſuper hec facilis venia oſtēdit. Et q dū ſe adhuc petere ꝓmittit: hoc qđ petere ſe ꝓmittebat obtinuit. q̄tin⁹ qa vſq₃ ad op⁹ nō venerat culpa: vſq₃ ad cruciatum nō pueniret penitētia. ſed cogitata afflictio mētē tergeret quā nimirū tantummodo cogitata iniquitas inquinaſſet. Pſal. xxxi.

¶ Ammonitio. xxxi.

Aliter admonendi ſunt qui admiſſa plangūt: nec tamē deſerunt. atq₃ aliter qui deſerunt nec tamen plangunt. Admonēdi ſunt enim qui admiſſa plangunt nec tamen deſerunt. vt cōſiderare ſollicite ſciāt quia flendo inaniter mūdāt: qui viuendo ſe nequiter inquinant. cum idcirco ſe lachrymis lauant: vt mundi ad ſordes redeant. Hinc enim ſcriptum eſt. Canis reuerſus ad ſuum vomitum: & ſus lota in volutabro luti. Canis quippe cum vomit: profecto cibum qui pectus deprimebat proiicit. ſed cum ad vomitū reuertitur: vnde leuigatus fuerat rurſus oneratur. Et qui admiſſa plangūt profecto nequitiam de qua male ſatiati fuerant: & que mentis intima deprimebat confitendo proiiciunt / quam poſt confeſſionem dum repetunt reſumunt. Sus vero in volutabro luti cum lauatur ſordidior redditur. Et qui admiſſum plāgit / nec tamē deſerit: pene grauiori culpe ſubiacet. qui & ipſam quā flēdo ꝓuer. xxvi. & .ii. Pet. ii

potuit impetrare veniā: cōtēnit: quaſi ſe in lutoſa aqua inuol uit. quia dū fletibus ſuis vite mūdiciā ſubtrahit: ante dei ocu los ſordidas ipſas etiā lachrymas facit. Hinc rurſum ſcriptū
Ecclīa. vii. eſt. Ne iteres verbū in oratiōe tua. Verbū nāq; in oratiōe ite rare eſt poſt fletū cōmittere q̄d rurſum neceſſe ſit flere. Hinc
Eſa. i. per Eſaiam dicit. Lauamini: mūdi eſtote. Poſt lauacrū eni mundus eſſe negligit/ quiſquis poſt lachrymas vite innocen tiā non cuſtodit. Lauātur ergo & nequaq̄ mūdi ſunt: qui cō miſſa flere non deſinūt: ſed rurſus flenda cōmittūt. Hinc quo
Ecclesia. xxxiiii. q; per quēdam ſapientem dicit. Quid prodeſt qui baptizat a mortuo: & iterū tangit illū? Quid pficit lauatio eius? Bapti zatur qppe a mortuo qui mūdatur fletib⁹ a peccato. Sed poſt baptiſma mortuū tangit: qui culpam poſt lachrymas repetit ¶ Ammonēdi ſunt qui admiſſa plangūt nec tamen deſerunt: vt ante diſtricti iudicis oculos eis ſe eſſe ſimiles agnoſcāt: q venientes ad faciē quorūdā hoīm magna eis ſubmiſſione blā diūtur. Recedētes autē inimicicias ac damna que valēt atro citer inferūt. Quid eſt enī culpā flere: niſi humilitatē deo ſue deuotionis oſtendere? Et quid eſt poſt fletū praua agere: niſi ſuperbius in eū quē rogauerāt inimicicias exercere? Iacobo
Iaco. iiii. atteſtante: qui ait. Quicunq; voluerit amicus eſſe ſeculi hui⁹ inimicus dei cōſtituitur. ¶ Admonēdi ſunt qui admiſſa plan gunt nec tamen deſerūt. vt ſollicite cōſiderēt quia ita plerūq; mali inutiliter cōpunguntur ad iuſticiā: ſicut plerūq; boni in noxie tentātur ad culpā. Fit quippe mira exigētib⁹ meritis di ſpoſitionis interne mēſura. vt & illi dū de bono aliq̄d agunt: quod tamen non perficiūt: ſuperbe inter ipſa que etiā pleniſſi me perpetrāt mala confidāt. Et iſti dum de malo tentātur cui nequaq̄ conſentiūt quo per debilitatē ac infirmitatē titubant eo greſſus cordis ad iuſticiā per patientiā & humilitatē veri⁹ figant. Balaam qppe tabernacula iuſtorū reſpiciēs: ait. Mo
Nūe. xxiii. riatur aīa mea morte iuſtorū. & fiant nouiſſima mea horū ſi
Nūe. xxiiii militia. Sed cū cōpunctionis tempus abſceſſit: cōtra eorum vi tam quib⁹ ſe ſimilē fieri etiā moriendo popoſcerat: cōſiliū pre buit. Et cū occaſionē de auaricia repperit: cito oblitus eſt quic quid ſibi de innocētia optauit. Hinc vero doctor & predicator
Ro. vii. gentiū paulus: ait. Video aliam legē in membris meis/ repu

gnantē legi mentis mee: & captiuū me ducentē in lege pecca
ti que eſt in membris meis. Qui profecto idcirco tentatur: vt
in bono robuſtius ex ipſa infirmitatis ſue cognitione ſolide
tur. Quid eſt ergo ꝙ ille compūgitur/ & tamen iuſticie non
appropinquat. iſte tentatur: & tamen eū culpa non inquinat:
niſi hoc quod aperte oſtēditur ꝙ nec malos bona imperfecta
adiuuant: nec bonos mala incōſummata condemnant. ¶ At
contra admonendi quoqꝫ ſunt etiā qui admiſſa deſerunt: nec
tamen plangunt. ne iam relaxatas eſtimēt culpas, quas & ſi
agendo multiplicant: nullis tamen fletibus mundant. Neqꝫ
enim ſcriptor ſi a ſcriptione ceſſauerit/ quia alia non addidit:
etiā illa que ſcripſerat deleuit. nec & ſimili modo qui cōtume
lias irrogat ſi ſolūmodo tacuerit ſatiſfecit: cū ꝓfecto neceſſe
ſit: vt verba premiſſe ſupbie verbis ſubiūcte humilitatis im
pugnet. nec debitor abſolut⁹ eſt qa alia nō multiplicat: niſi &
illa q̄ ligauerat ſoluat. Ita & cū deo delinqmus nequaq̄ ſatiſ
facimus ſi ab iniquitate ceſſamus. niſi voluptates quoqꝫ quas
dileximus: econtrario appoſitis lamētis inſequamur. Si enī
nulla nos in hac vita operū culpa maculaſſet: nequaq̄ nobis
hic adhuc degentib⁹ ipſa ad ſecuritatē innocētia noſtra ſuffi
ceret. qa illicita animū multa pulſarent. qua ergo mente ſecu
rus eſt/ q perpetratis iniqtatibus ipſe ſibi teſtis eſt qa innocēs
nō eſt? Neqꝫ enī deus noſtris cruciatib⁹ paſcit̄: ſed delictorū
morbos medicamētis cōtrariis medet̄. vt q voluptatib⁹ dele
ctati diſceſſimus: rurſum fletib⁹ amaricati redeamus. Et qui
per illicita defluendo cecidimus: etiā a licitis noſmetipſos re
ſtringendo ſurgamus. Et cor qđ vana leticia infuderat: ſalu
bris triſticia exurat. & qđ vulnerauerat elatio ſuperbie: curet
abiectio humilis vite. Hinc enī ſcriptū eſt. Dixi iniquis noli- Pſal. lxxiiii
te inique agere: & delinquētib⁹ nolite exaltare cornu. Cornu
quippe delinquentes exaltant: ſi nequaq̄ ſe ad penitētiā ex co
gnitione ſue iniquitatis humiliāt. Hinc rurſum dicitur. Cor Pſal. l.
contritum & humiliatum deus non ſpernit. Quiſquis enim
pctā plangit nec tn̄ deſerit/ cor quidē ꝯterit: ſed humiliare cō
temnit. Quis vero peccata iam deſerit nec tamen plangit: iā
quidem humiliat: ſed tamen cor cōterere recuſat. Hinc pau
lus ait. Et hec quidem fuiſtis: ſed abluti eſtis. ſanctificati eſtis i. Cor. vi.

Quia nimirũ illos emẽdatior vita ſanctificat: quos & per pe nitentiã abluens afflictio fletuũ mũdat. Hinc petrus cũ quoſ dam territos malorũ ſuorũ conſideratione cõſpiceret admo-
Act.ii. nuit: dicens. Penitentiam agite: & baptizetur vnuſquiſq; ve ſtrum. Dicturus enim baptiſma: premiſit penitentie lamẽta. vt prius ſe aqua ſue afflictionis infunderent: & poſtmodũ ſa- cramento baptiſmatis lauarent. Qua ergo mente qui tranſ- actas culpas flere negligunt / viuunt ſecuri de venia: quando ipſe ſummus paſtor eccleſie huic etiam ſacramẽto addendã penitentiam credidit: quod peccata principaliter extinguit.

¶ Ammonitio. xxxii.

a Liter admonendi ſunt qui illicita que faciunt etiã lau- dant. atq; aliter qui accuſant praua: nec tamen deuitant. Admonẽdi ſunt enĩ qui illicita que faciũt etiã laudant: vt cõ ſiderent q; plerũq; plus ore q̃ opere delinquãt. Opere nãq; per ſemetipſos ſolos praua perpetrãt. Ore autẽ per tot pſonas ini quitatẽ exhibent: quot audientiũ mentes iniqua laudantes docent. Admonendi ergo ſunt. vt ſi eradicare mala diſſimu- lant: ſaltem ſeminare pertimeſcãt. Admonẽdi ſunt vt eis per ditio priuata ſufficiat. Rurſũq; admonẽdi ſunt. vt ſi eſſe ma li non metuũt: erubeſcant ſaltẽ videri quod ſunt. Plerũq; enĩ culpa dũ abſcondit' effugatur. quia dũ mens erubeſcit videri qd tamen eſſe non metuit: erubeſcit quãdoq; eſſe quod fugit videri. Cũ vero prauus quiſq; impudenter innoteſcit: quo li- berius oĩe facinus perpetrat: eo etiã licitũ putat. & qd licitũ ſuſpicat': ĩ hoc pculdubio multiplici⁹ mergit'. Vnde ſcriptũ ẽ
Eſa.iii. Peccatũ ſuũ ſicut ſodoma predicauerunt: nec abſconderunt Peccatũ enĩ ſuũ abſcõderet ſodoma: ſi adhuc ſub timore pec caret. Sed funditus frena timoris amiſerat: que ad culpã nec
Geñ.xviii. tenebras requirebat. Vnde & rurſum ſcriptũ eſt. Clamor ſo domorũ & gomorre multiplicatus eſt. Peccatũ quippe cũ vo ce eſt culpa in actione. peccatũ vero etiã cũ clamore culpa eſt cũ libertate. ¶ At contra admonẽdi ſunt: qui accuſant praua: nec tamen deuitent. vt puide perpẽdant quid in diſtricto dei iudicio p ſua excuſatione dicturi ſunt: q de reatu ſuorũ crimi num etiã ſemetipſis iudicib⁹ non excuſant'. Hi itaq; qd aliud q̃ precones ſunt ſui. voces ꝯtra culpas proferũt: & ſemetipſos

operibus reos trahūt. Admonēdi ſunt vt videāt: quia de oc
culta iā retributiōe iudicii eſt ꝙ eorū mēs malū qđ ꝑpetrat il
luminaꝛ vt videat: ſed nō conaꝛ vt vincat. vt quo melius vi
det:eo deteriꝰ pereat. quia & intelligētie lumē ꝑcipit: & acti
onis praue tenebras nō relinquit. Nā cū acceptā ad adiutori
um ſcientiā negligūt:hāc cōtra ſe in teſtimoniū vertūt. & de
lumine intelligētie augēt ſupplicia. quod profecto acceperāt:
vt poſſent delere peccata. Quorū nimirū neqtia dū malum
agit quod diiudicat: vēturū iudiciū iā hic deguſtat. vt cū eter
nis ſuppliciis ſeruaꝛ obnoxia:ſuo hic interim examine nō ſit
abſoluta. Tātoꝙ illic grauiora tormēta percipiat:quanto hic
malū non deſerit/etiam ꝙ ipſa mens cōdemnat. Hinc enim
veritas dicit. Seruus qui cognouit volūtatē domini ſui & nō Luce.xii.
fecit ſecundū voluntatē eius:plagis vapulabit multis. Hinc
pſalmiſta ait. Deſcendant in infernū viuentes. Viui quippe
que circa illos agunꝛ ſciunt & ſentiūt. mortui autem ſentire
nihil poſſunt. Mortui autem in infernum deſcenderēt:ſi ma
la neſciendo perpetrarent. Cum vero ſciunt mala & tamen fa
ciunt: ad iniquitatis infernū viuentes miſeri ſentienteſꝙ de-
ſcendunt.

## Ammonitio.xxxiii.

a Liter admonēdi ſunt q repētina ꝯcupiſcētia ſuperanꝛ.
atꝙ aliter qui in culpa ex cōſilio liganꝛ. Admonēdi ſūt
quippe quos repētina cōcupiſcētia ſuperat : vt in bello preſen
tis vite ſe quotidie poſitos attēdāt. & cor qđ preuidere vulne
ra nō poteſt: ſcuto ſolliciti timoris tegāt/ vt occulta inſidian
tis iacula hoſtis perhorreſcant: & in tā caliginoſo certamine
intētiōe ꝯtinua inter mētis caſtra ſe muniāt. Nā ſi a circūſpe
ctionis ſollicitudine cor deſtituitur : vulneribus aperiꝛ. quia
hoſtis callidus tanto liberius pectus percutit : quāto nudum
a prouidētie lorica deprehēdit. Admonēdi ſunt qui repētina
cōcupiſcētia ſuperantur: vt curare nimis terrena diſſueſcāt.
quia intētionē ſuam dū rebus tranſitoriis immoderatius im
plicāt : quibus: culparum iaculis tranſfiganꝛ ignorāt. Vnde
per ſalomonē vox percuſſi & dormientis exprimitur:qui ait.
Verberauerunt me ſed non dolui. tranſfixerunt me & ego puer. xxiii.
non ſenſi. Quando euigilabo & rurſum viuam reperiam?
Mēs quippe a cura ſue ſollicitudinis dormiens verberaꝛ &

nō dolet: quia ſicut imminētia mala nō proſpicit: ſic neq; que
perpetrauerat agnoſcit. Trahitur & nequaq̄ ſentit. quia ꝑ ille
cebras vitiorū ducit̄: nec tamen ad ſui cuſtodiā ſuſcitat̄. Que
quidē euigilare optat vt rurſum viua reperiat. quia q̄uis ſom
no corporis a ſui cuſtodia premit̄. vigilare tñ ad ſeculi curas
nitit̄: vt ſemꝑ voluptatibus debriet̄. & cū ad illud dormiat in
qđ ſolerter euigilare debuerat: ad illud vigilare appetit: ad qđ
ꝓuer. xxiii. laudabiliter dormire potuiſſet. Hic ſuperiꝰſcriptū eſt. Et eris
quaſi dormiēs in medio mari. & q̄ſi ſopitꝰ gubernator amiſſo
clauo. In medio enī mari dormit, qui in huiꝰ mūdi tētationi
bus poſitus ꝓuidere motus irruentiū vitiorū quaſi īminētes
vndarū cumulos negligit. Et quaſi clauū gubernator amit
tit: quādo mens ad regendā nauē corporis ſtudiū ſollicitudi
nis perdit. Clauū quippe in mari amittere eſt intentionē pro
uidā inter procellas huiꝰ ſeculi nō tenere. Si enī gubernator
ſollicite clauū ſtringit: modo in fluctibꝰ ex aduerſo nauē diri
git: modo ventorū impetus per obliquū findit. Ita cū mēs vi
gilanter aīam regit: modo alia ſuperās calcat: modo alia pro
uidens declinat. vt & preſentia laborādo ſubiiciat: & cōtra fu
tura certamina ꝓſpiciēdo cōualeſcat. Hinc rurſum quoq; de
Cañ. iii. fortibus ſuperne patrie bellatoribꝰ dicit̄. Sit vniuſcuiuſq; en
ſis ſuper femur ſuū ꝓpter timores nocturnos. Enſis enī ſuper
femur ponitur: quādo acumine ſancte p̄dicationis praua ſug
geſtio carnis edomat̄. Per noctē vero cecitas noſtre infirmi
tatis ac debilitatis exprimitur: q̄a quicq̄d aduerſitatis in no
cte īminet nō videt̄. Vniuſcuiuſq; ergo enſis ſuꝑ femur ſu
um ponitur ꝓpter tētationes ſiue timores nocturnos. q̄a vide
licet ſancti & ꝑfecti viri dū ea que nō vident metuūt ad intē
tionē certaminis parati ſemꝑ aſſiſtūt. Hinc rurſum ſponſe di
Cañ. vii. citur. Naſus tuꝰ ſicut turris: que eſt in libano. Rem nāq; quā
oculis nō cernimus: plerūq; odore preuidemus. Per naſum
quoq; odores vetoreſq; diſcernimus. Quid ergo per naſum
eccleſie: niſi ſanctorū prouida diſcretio deſignat̄? Qui etiam
turri ſimilis que eſt in libano dicit̄. quia diſcreta eorum proui
dentia: ita in alto poſita eſt: vt tētationū certamina & priuſq̄
veniāt videat: & cōtra ea dū venerint munita ſubſiſtat. Que
enī futura preuident̄ cū preſentia fuerint minoris timoris ſi

unt. qa dū cōtra ictū qſquis paratior reddit̄: hoſtis q ſe inopi-
natū credidit: eo ipſo quo preuiſus eſt eneruat̄. At cōtra ad
monēdi ſunt q in culpa ex cōſilio ligant̄. quatinus ꝓuida cōſi
deratione ꝑpendāt: qa dū mala ex iudicio faciūt diſtricti⁹ cō
tra ſe iudiciū accēdūt. vt tāto eos durior ſentētia feriat: quā
to illos in culpa arti⁹ vincula deliberatiōis ligant. Citi⁹ for-
taſſe delicta penitēdo abluerēt: ſi in his ſola ꝑcipitatione ceci
diſſent. Nā tardius peccatū ſoluit̄: qđ ꝑ conſiliū ſolidat̄. Niſi
enī mēs oīmodo eterna deſpiceret in culpa ex cōſilii iudicio
nō periret. Hac ergo precipitatiōe lapſi & per cōſiliū pereūtes
differunt. ꝙ cū hi a ſtatu iuſticie peccādo concidūt: plerūqꝫ ſi
mul & in laqueū deſperatiōis cadūt & radice ſpei fūdit⁹ euel
lunt̄. Hinc eſt ꝙ ꝑ ꝓphetā dn̄s nō tam ꝑcipitationū praua: q̄
delictorū ſtudia reprehēdit dicēs. Ne forte egrediat̄ vt ignis Hiere. iiii.
indignatio mea & ſuccendat̄: & nō ſit q extinguat ꝓpter ma
liciā ſtudiorum veſtrorū. Hinc iterū iratus dicit. Viſitabo ſu Hiere. xxi.
per vos iuxta fructū ſtudiorū veſtrorū. Quia ergo peccatis
aliis differunt peccata que per cōſiliū perpetrant̄: nō tam pra
ua facta dn̄s q̄ ſtudia prauitatis inſequit̄. In factis enim ſepe
infirmitate: ſepe negligētia. in ſtudiis vero malicioſa ſemper
intentione peccatur. Quo cōtra recte beati viri expreſſione
per ꝓphetā dicit̄. Et in cathedra peſtilentie non ſedit. Cathe Pſal. i.
dra qppe iudicis eſſe vel preſidentis ſolet. In cathedra aūt pe
ſtilētie ſedere eſt ex iudicio praua committere. In cathedra
peſtilētie ſedere eſt & ex ratiōe mala diſcernere: & tamen ex
deliberatione perpetrare. Quaſi in peruerſi conſilii cathedra
ſedet: qui tanta iniqtatis elatiōe attollit̄: vt adimplere malū
etiā per cōſiliū conetur. Et ſicut aſſiſtētibus turbis prelati ſūt
qui cathedre honore fulciuntur. ita delicta eorū qui precipita
tione corruūt: exquiſita ꝑ ſtudiū peccata tranſcēdunt. ¶Ad
monēdi ergo ſunt vt hinc colligant qui in culpa etiā ſe per cō
ſiliū ligant: qua quādoqꝫ vltione feriendi ſunt qui nūc prauo
rū nō ſocii ſed principes ſunt.

¶ Ammonitio. xxxiiii.

a ALiter admonendi ſunt qui licet minima crebro tamen
illicita faciunt. atqꝫ aliter qui ſe a paruis cuſtodiunt: ſed
aliquando in grauioribus demerguntur. ¶Admonendi ſunt
qui q̄uis in minimis: ſed tamen frequēter excedūt. vt nequaq̄

conſiderent qualia ſed quãta cõmittũt. Facta enĩ ſua ſi deſpi-ciũt: timere dũ penſant debẽt formidare cũ numerant. Altos quippe gurgites fluminũ parue ſed innumere replent gutte pluuiarũ. Et hoc agit ſentina latenter excreſcens: qđ patẽter procella ſeuiens. Et minuta ſunt que erumpũt in mẽbris per ſcabiẽ vulnera. ſed cũ multitudo eorꝝ innumerabiliter occu pat: ſi vitam corporis ſicut vnũ graue inflictũ pectori vuln⁹

Eccli. xix. necat. Hinc videlicet ſcriptũ eſt. Qui modica ſpernit: paula-tim decidit. Qui enĩ peccata minime flere ac deuitare negli git: a ſtatu iuſticie nõ quidẽ repente ſed partibus totus cadit. Admonẽdi ſunt qui minimis frequẽter excedunt: vt ſollici te cõſiderent quia nõnunq̃ in parua deterius q̃ in maiori cul-pa peccatᷣ. Maior enĩ quo citius (quia ſit culpa) agnoſcitᷣ: eo etiã celerius emẽdatur. Minor vero dum quaſi nulla creditᷣ: eo peius quo & ſecuri⁹ in vſu retinetur. Vnde fit plerũqꝫ: vt mens aſſueta malis leuibus nec grauiora ꝑhorreſcat. atqꝫ ad quandã auctoritatẽ nequitie ꝑ culpas nutrita ꝑueniat. & tan to in maioribus cõtẽnat pertimeſcere: quãto in minimis didi cit nõ timẽdo peccare. ¶ At cõtra admonẽdi ſunt qui ſe a par uis cuſtodiũt: ſed aliquãdo in grauib⁹ dimergũtur: vt ſolli ci te ſeipſos deprehẽdant. quia dum cor eorũ de cuſtoditis mini mis extollitur: ad perpetranda grauiora ipſo elationis ſue ba ratro deuoranᷣ. & dũ foris ſibi parua ſubiiciũt/ſed per inanẽ gloriã intumeſcũt: languore intrinſecus victã mentẽ etiã fo-ras per mala maiora proſternũt. Admonẽdi ſunt ergo qui ſe a paruis cuſtodiũt: ſed aliquãdo in grauib⁹ dimerguntur. ne vbi ſe ſtare extrinſecus eſtimãt: ibi intrinſecus cadãt. & iuxta diſtrictã diſtricti iudicis retributionẽ elatio minoris iuſticie via fiat ad foueã maioris culpe. Qui enĩ vane elati boni mi nimi cuſtodiã ſuis viribus tribuunt iuſte derelicti: culpis ma ioribus obruũtur. & cadendo diſcũt non fuiſſe ꝓpriũ ꝙ ſtete runt vt mala immenſa cor reprimant: qđ minima bona exal tant. ¶ Admonendi ſunt vt cõſiderent ꝙ & in culpis grauio-ribus alto reatu ſe obligãt: & tamen plerũqꝫ in paruis que cu ſtodiunt deterius peccant. quia & in illis inique faciunt: & in his ſe hoĩbus ꝙ iniqui ſunt tegũt. Vnde fit: vt cũ maiora ma la perpetrant: corã deo aperte iniquitatis ſint. cũ parua bona

cuſtodiūt:coram hominibus ſimulate ſctītatis ſint. Hinc eſt
enim ꝙ phariſeis dr̄. Liquātes culicē: camelū aūt glutiētes. Mat.xxiii.
Ac ſi apte diceref. Minima mala diſcernitis : maiora deuo
ratis. Hinc eſt enim ꝙ rurſū ore veritatis increpanf cū audi
unt. Decimatis mētā & anetū & ciminū. & relinqtis que gra Ibidem
uiora ſūt legis: iudiciū miſericordiā & fidē. Neqꝫ enim negli
gēter audiēdū eſt. ꝙ cū decimari minima diceret: extrema q
dē de olerib⁹ maluit. ſed tn̄ bene olētia memorari. vt ꝑfecto
oſtēderet: quia ſimulatores cū ꝑua cuſtodiūt odorē de ſe oſtē-
dere ſctē opiniōis querūt: & q̄uis implere maxima pretermit
tūt: ea tn̄ minime obſeruāt: que humano iudicio lōge lateqꝫ
redoleant.

¶ Ammonitio.xxxv.

ALiter admonēdi ſunt q bona nec inchoant atqꝫ aliter q
inchoata minime cōſumāt. Qui enī bona nec inchoāt:
nō ſūt eis pri⁹ edificāda q̄ ſalubriter diligāt: ſed deſtruēda ea
in quib⁹ ſemetipſos nequiter verſāt. Neqꝫ enim ſequunf que
inexpta audiūt: niſi priuſq̄ ꝑnicioſa ſint ea que ſibi ſunt exper
ta deprehēdāt. qa nec leuari appetit qui & hocipſum quia ce
cidit neſcit. & qui dolorē vulneris nō ſentit: ſalutis remedia
nō requirit. Prius ergo oſtendēda ſunt q̄ ſint vana q̄ diligūt:
& tūc demū vigilāter intimāda q̄ ſint vtilia que ꝑtermittūt .
Prius videāt fugiēda q̄ amant: & ſine difficultate poſtmodū
cognoſcāt amāda eſſe que fugiunt. Melius enim inexperta
recipiunt: ſi de expertis quicquid diſputationis audiunt ve-
raciter cognoſcunt. ¶ Tunc vero pleno voto diſcunt vera bo-
na querere: cum certo iudicio deprehenderint falſa ſe vacue
tenuiſſe. Audiāt ergo ꝙ bona p̄ſentia & a delectatione citi⁹
tranſitura ſunt: & tamen eorum cauſa ad vltionem ſine tran
ſitu permāſura. quia & nunc quod libet inuitis ſubtrahitur:
& tunc quod dolet inuitis in ſupplicium reſeruatur. Itaqꝫ eiſ
dem rebus terreantur ſalubriter: quibus noxie delectantur.
vt dum percuſſa mens alta ruine ſue damna cōſpiciens: ſeſe
in precipitium perueniſſe deprehēdit. greſſum poſt tergum
reuocet. & pertimeſcēs quod amauerat: diſcat diligere quod
contemnebat. Hinc eſt enim ꝙ hieremie miſſo ad predicati-
onē dicif. Ecce enī cōſtitui te hodie ſup gentes & ſup regna: Hiere.i.
vt euellas. & deſtruas. & diſperdas. & diſſipes. & edifices. &

plantes. Quia niſi prius peruerſa deſtrueret: edificare vtili
ter recta nō poſſet. quia niſi ab auditorū ſuorū cordib⁹ ſpinas
vani amoris euelleret: nimirū fruſtra in eis ſancte predicatio
nis verba plātaret. Hinc eſt ꝙ petr⁹ pri⁹ euertit: vt poſtmodū
cōſtruat. cū nequaq̄ iudeos monebat qd iā facerēt: ſed de his
Act.xx. que fecerāt increpabat dicēs. Ieſū nazarenū virū approbatū
a deo in vobis in virtutib⁹ & ꝓdigiis & ſignis que p illū fecit
de⁹ in medio veſtri ſicut vos ſcitis: hūc diffinito conſilio & p̄
ſciētia dei traditū p man⁹ iniquorū affigētes īteremiſtis. quē
de⁹ ſuſcitauit ſolutis dolorib⁹ inferni. vt videlicet crudelitatis
ſue cognitiōe deſtructi edificationē ſctē p̄dicationis quanto
anxie quererēt: tāto vtiliter audirēt. Vn̄ & illico reſpōderūt.
Quid ergo faciem⁹ viri fratres? Quib⁹ mox dr̄. Agite peni
tētiā: & baptizet̄ vnuſquiſq; veſtrū. Que edificatiōis verba
ꝑfecto contēnerēt: niſi prius ſalubriter ruinā ſue deſtructiōis
Act.xix. inueniſſent. Hinc eſt ꝙ ſaul⁹ cū ſup eū celit⁹ lux emiſſa reſplē
duit, non iam quid recte deberet facere: ſed quid praue feciſ
ſet audiuit. Nam cū proſtratus requireret dicēs. quis es domi
ne: reſpōdet̄ protinus. Ego ſum ieſus nazaren⁹ quē tu perſe-
queris. Et cū repēte ſubiūgeret. domine quid me iubes face
re ilico adiungitur. Surge & ingredere ciuitatem: & ibi dice
tur tibi quid te oporteat facere. Ecce de celo dominus loquēs
perſecutoris ſui facta corripuit: nec tamen ilico que eſſent fa
cienda monſtrauit. Ecce elationis eius fabrica iam tota cor-
ruerat: & poſt ruinā ſuā humilis edificari requirebat. & cū
ſuperbia deſtruitur: dedicatiōis tamē verba retinētur. vt vide
licet perſecutor immanis diu deſtructus iaceret: & tāto poſt
in bonis ſolidior ſurgeret: quāto prius fūditus euerſus a pri
ſtino errore cecidiſſet. Qui ergo adhuc agere nulla bona ce-
perūt: a rigiditate āte ſue prauitatis correctiōis manu euertē
di ſūt: vt ad ſtatū poſtmodū recte opatiōis erigant̄. qa & idcir
co altū ſilue lignū ſuccidim⁹ vt hoc in edificiū tegminis ſub-
leuemus. ſed tn̄ nō repēte in fabrica ponitur: vt nimirū prius
vicioſa ei⁹ viriditas exſiccet̄. cui⁹ quo plus in infimis humor
excoq̄t̄: eo ad ſūma ſolidi⁹ leuat̄. ¶ At cōtra admonēdi ſūt: q
inchoata bona minime conſūmāt. vt cauta circūſpectione cō
ſiderēt quia dū ꝓpoſita nō perficiunt: etiam que fuerunt ce-

pta cõuellunt. Si enim quod videtur gerẽdum ſollicita intẽ-
tione nõ creſcit: etiã qđ fuerat bene geſtũ decreſcit. In hoc qp
pe mũdo humana anima quaſi more nauis eſt contra ictum
fluminis condeſcendentis: vno in loco nequaq̃ ſtare permitti
tur. quia ad ima relabitur: niſi ad ſumma conetur. Si ergo in
choata bona fortis operãtis manus ad perfectionẽ non ſub
leuat: ipſa operãdi remiſſio cõtra hoc quod operatum eſt pu
gnat. Hinc eſt enim quod per ſalomonẽ dicit᷑. Qui mollis & puer. xviii
diſſolutus in ope ſuo fuerit: frater eſt ſua opera diſſipantis.
Quia videlicet qui cepta bona diſtricte nõ exequit᷑: diſſoluti
one negligẽtie manum deſtruẽtis imitat᷑. Hic ſardis eccleſie
ab ãgelo dicitur. Eſto vigilãs & cõfirma cetera que moritura Apo. iii.
erãt. non enim inuenio opera tua plena corã deo meo. Quia
ergo plena corã deo eius opera inuẽta nõ fuerant moritura:
reliqua etiã que erant geſta predicebat. Si enim quod mortu
um in nobis eſt ad vitã nõ accẽditur: hoc etiã extinguit᷑ quod
quaſi adhuc viuũ tenet᷑. Admonẽdi ſũt etiã vt perpendant ꝙ
tolerabilius eſſe potuiſſet rectam viam non arripere: q̃ poſt
arreptam poſt tergum redire. Niſi enim retro reſpicerẽt er
ga ceptũ ſtudiũ nullo torpore languerẽt. Audiãt ergo ꝙ ſcri
ptũ eſt. Meliꝰ erat eis nõ cognoſcere viã iuſticie: q̃ poſt agni ii. Pet. ii.
tionẽ retrorſũ cõuerti. Audiãt qđ ſcriptũ eſt. Vtinã frigidus Apoca. iii.
eſſes aut callidꝰ. ſed qa tepidꝰ es / nec frigidus nec calidus: inci
piam te euomere ex ore meo. Calidus quippe eſt. qui bona
ſtudia & arripit & cõſummat. Frigidus vero eſt qui cõſũmã
da nec inchoat. Et ſicut a frigore per teporem tranſitur ad ca
lorem: ita a calore quoq; per teporem reditur ad frigꝰ. Quiſ
quis ergo amiſſo infidelitatis frigore: ſed nequaq̃ tepore ſu
perato exardeſcit vt fuerat: proculdubio calore deſperato dũ
noxio in tepore demoratur: agit vt frigeſcat. Sed ſicut an-
te teporem frigus ſub ſpe eſt: ita poſt frigus tepor in deſpe-
ratione. Qui enim adhuc in peccatis eſt: conuerſionis fidu
ciam non amittit. Qui vero poſt conuerſionem tepuit: & ſpẽ
que eſſe potuit de peccatore ſubtraxit. Aut callidus ergo qſ-
ꝙ eſſe aut frigidus queritur: ne tepidus euomatur. vt videli
cet aut necdum cõuerſus adhuc de ſe ſpem conuerſionis pre
beat. aut iã cõuerſus in virtutibus inardeſcat ne euomat᷑ te-

pidus. qui a calore quē propoſuit: torpore ad noxium frigus redit. ¶ Ammonitio.xxxvi.

a Liter admonēdi ſunt qui mala occulte agūt & bona publice. atq; aliter q bona que faciūt abſcōdunt: & tamen quibuſdā factis publice mala de ſe opinari pmittūt. ¶ Admonēdi ſunt qui mala occulte agunt & bona publice. vt penſent humana iudicia quāta velocitate euolāt: diuina aūt quanta immobilitate pdurāt. Admonēdi ſunt vt in fine rerū mētis oculos figāt. qa & humane laudis atteſtatio preterit & ſuperna ſentētia que & abſcōdita penetrat ad retributionē perpetuam cōualeſcit. Dū ergo occulta mala ſua diuinis iudiciis: recta autē ſua humanis oculis anteponūt & ſine teſte eſt bonū qđ publice faciūt: & nō ſine eterno teſte eſt qđ latenter delinquūt. Culpas itaq; ſuas occultādo hoībus virtuteſq; pandēdo & vnde puniri debeant abſcōdentes detegunt. & vnde remunerari poterāt detegētes abſcōdūt. Quos recte ſepulchra dealbata ſpecioſa exterius: ſed mortuorū oſſib⁹ plena interius veritas vocat. quia vitiorū mala intus contegūt. humanis vero oculis quorūdā demōſtratione operū de ſolo foris iuſticie colore blandiunť. Admonēdi itaq; ſunt ne que agūt recta deſpiciant ſed ea meriti melioris credant. Valde nāq; bona ſua diiudicāt qui ad eorum mercedē ſufficere humanos fauores putant. Cū enī pro recto opere laus trāſitoria querič: eterna retributione res digna vili precio venūdatur. De quo videlicet precio pcepto veritas dicit. Amen dico vobis: receperūt mercedem ſuā. Admonēdi ſunt vt cōſiderēt. qa dū prauos ſe in occultis exhibēt: ſed tn̄ exēpla de ſe publice in bonis operib⁹ prebent. oſtendūt ſequēda que fugiūt. clamāt amāda que oderūt viuūt poſtremo aliis & ſibi moriunť. ¶ At cōtra admonendi ſunt q bona occulte faciūt: & tn̄ quibuſdā factis publice de ſe mala opinari permittūt. ne cū ſemetipſos actionis recte virtute viuificāt: in ſe alios per exēplū praue eſtimationis occidāt ne minus q̄ ſe proximos diligāt & cū ipſi ſalubrē potum vini ſorbeāt: intētis in ſui cōſideratione mētibus peſtiferū veneni poculū fundant. Hi nimirū in vno proximorū vitam minus adiuuant in altero multū grauant. dū ſtudent & recta occulte agere: & quibuſdā factis ad exēplū de ſe praua ſeminare.

Mať. xxii.

Mať. v.

Quiſquis enim laudis cōcupiſcentiā calcare iā ſufficit:edifi
cationis fraudē ꝑpetrat:ſi bona que agit occultat. & q̄ſi iacta
to ſemine germinādi radices ſubtrahit:q̄ opus qđ imitādum
eſt nō oſtēdit. Hinc nāq; in euāgelio veritas dicit. Videāt ope Ibidem
ra veſtra bona : & glorificēt patrē veſtrū qui in celis eſt. Vbi
de illa quoq; ſentētia ꝓmittit̄ que lōge aliud p̄cepiſſe videt̄ di
cēs. Attēdite ne iuſticiā veſtrā faciatis corā hominib⁹ vt vide
amini ab eis. Quid eſt ergo ꝙ opus noſtrū & ita faciendū ē
ne videat̄:& tn̄ vt debeat videri p̄cipit̄ : niſi ꝙ ea que agim⁹
& occultāda ſūt ne ip̄i laudemur.& tn̄ oſtēdēda ſūt:vt laudē
celeſtis patris augeam⁹.Nā cū nos iuſticiā noſtrā coram ho
minib⁹ facere dn̄s ꝓhiberet:ilico adiunxit : vt videamini ab
eis. Et cū rurſus vidēda ab hominib⁹ bona op̄a noſtra p̄cipe
ret: ꝓtin⁹ ſubdidit. vt glorificēt patrē veſtrū q̄ in celis ē. Qua
liter igit̄ vidēda eſſent vel q̄liter nō vidēda ex ſentētiarū fine
mōſtrauit:quatinus operātis mens opus ſuū & propter ſe vi
deri non quereret: & tamen hoc propter celeſtis patris gloriā
non celaret. Vnde fit plerunq; vt bonum opus & in occulto
ſit cū fit publice : & rurſus in publico cū agitur occulte. Qui
enim in publico bono opere nō ſuam ſed ſuperni patris glori
am querit:quod facit abſcondit. quia ſolum illum teſtem ha
buit cui placere curauit. Et qui in ſecreto ſuo bono opere dep̄
hēdi ac laudari cōcupiſcit : & null⁹ fortaſſe vidit qđ exhibuit:
tn̄ hoc corā hominib⁹ fecit. q̄a tot teſtes in bono opere ſecum
duxit : quot humanas laudes in corde queſiuit. Cū vero pra
ua eſtimatio inquantū ſine peccato valet ab intuentiū mente
non tergitur:cunctis mala credentibus per exemplum culpa
propriatur. Vnde & plerūq; cōtingit. vt qui negligēter de ſe
mala opinari permittunt: per ſemetipſos quidē nulla iniqua
faciūt: ſed tamē per eos qui ſe imitati fuerint multiplicius de
linquūt. ¶Hinc eſt ꝙ paulus immūda quedā ſine pollutione
comedētib⁹:ſed in perfectis tētatiōis ſcandalū ſua hac comeſ
ſatione mouentibus dicit. Videte ne forte hec licētia veſtra i. Cor. viii.
offendiculū fiat infirmis. Et rurſum. Et peribit infirmus in Ibidem
tua conſcientia frater propter quē xp̄us mortuus eſt. Sic aūt
peccantes in fratres & percutientes conſciētiam eorum infir
mā in xp̄o peccatis. Hinc eſt ꝙ moyſes cum diceret. nō male Leui. xix.

dices ſurdo: protinus adiūxit. nec coram ceco pones offendi culum. Surdo quippe maledicere eſt abſenti & non audienti derogare. Coram ceco vero offendiculum ponere eſt diſcretā quidem rem agere: ſed tamen ei qui lumen diſcretiōis nō habet ſcandali occaſionem prebere.

¶ Finit capitulum. xxiii. cū. xxxvi. ammonitionibus. Sequitur capitulum. xxiiii. de exhortatis.

De exhortatione multis adhibenda vt ſic ſingulorū virtutes adiuuet: quatinus per hanc contraria virtutibus non excreſcant. ¶ CAPI. XXIIII.

HEc ſunt que preſul animarum in predicationis diuerſitate cuſtodiat: vt ſollicitius cōgrua ſingulorum vulneribus medicamina apponat. Sed cū magni ſit ſtudii: vt exhortandis ſingulis ſeruiatur ad ſingula. cū valde laborioſum ſit vnūquenq; de propriis ſub diſpēſatione debite cōſiderationis inſtruere: lōge tamē laborioſius eſt auditores innumeris ac diuerſis paſſiōibus laborantes vno eodēq; tempore voce vnius & cōmunis exhortationis admonere. Ibi qppe tāta arte vox tēperāda eſt: vt cū diuerſa ſint auditorū vitia & ſingulis inueniatur cōgrua: & tamē ſibimetipſi non ſint diuerſa. vt inter paſſiones medias vno quidē dictu trāſeat: ſed more gladii bicipitis tumores cogitationum carnalium ex diuerſo latere incidat. quatinus ſic ſuperbis predicet̄ humilitas: vt tamē timidis non augeatur metus. ſic timidis infundatur auctoritas: vt tamen non creſcat ſuperbis effrenatio: ſic ocioſis ac torpentibus predicetur ſollicitudo boni operis: vt tamen inquietis immoderate licētia non augeatur actionis. Sic inquietis imponatur nodus: vt tamen ocioſis non fiat torpor ſecurus. Sic ab impatientibus extinguat̄ ira: vt tamen remiſſis ac lenibus non creſcat negligentia. Sic lenes accēdantur ad zelū: vt tamen iracūdis non addatur incendium. Sic tenacibus infundatur tribuendi largitas: vt tamen prodigis effuſionis frena minime laxentur. Sic prodigis predicetur parcitas: vt tamen tenacibus periturarū rerum cuſtodia non augeatur. Sic incontinentibus laudetur coniugium: vt tamē iam continē

tes non reuocentur ad luxum. Sic continétibus laudetur virginitas corporis: vt tamen in coniugibus deſpecta nō fiat fecunditas carnis. Sic predicāda ſunt bona: ne ex latere iubeantur mala. Sic laudanda ſunt bona ſumma: ne deſpiciātur vltima. Sic nutrienda ſunt vltima: ne dū ſufficere credūtur nequaq̄ tendatur ad ſumma.

¶ De exhortatione que vni adhibenda eſt contrariis paſſiōibus laboranti. ¶ CAPI. XXV.

ET grauis quidem predicatori labor eſt: in cōmunis predicationis voce ad occultos ſingulorū motus cauſaſq̄ vigilare. & paleſtrarum more ī diuerſi lateris arce ſevertere. multo tamen acriori labore fatigatur: quando vni & contrariis vitiis ſeruiēti predicare cōpellitur. Plerūq̄ enim quis lete nimis cōſperſiōis exiſtit: ſed tamē eū repente triſticia oborta immaniter deprimit. Curādū eſt itaq̄ predicatori. quatinus ſic tergatur triſticia que venit ex tēpore: vt nō augeatur leticia que ſuppetit ex cōſperſiōe. Et ſic deniq̄ leticia frenet̄ q̄ ex cōſperſiōe ē: vt tn̄ nō creſcat triſticia que venit ex tēpore. Iſte grauatur vſu immoderate precipitationis: & aliquando tamē ab eo quod feſtine agendum eſt: eum vis prepedit ſubito nate formidinis. Ille grauat̄ vſu immoderate formidinis: & aliqn̄ tamen in eo qđ appetit temeritate impellit̄ p̄cipitatiōis Sic itaq̄ ī iſto reprimat̄ ſubito oborta formido: vt nō creſcat enutrita diu precipitatio. Sic in illo repente oborta precipitatio vt tamen nō cōualeſcat impreſſa ex cōſperſione formido. Quid autē mirū ſi mentiū medici ita cuſtodiūt: dum medici corporū tanta diſcretiōis arte ſe tēperāt: q nō corda ſed corpa medētur? Plerūq̄ enī debile corpus opprimit lāguor immanis: cui languori ſcilicet obuiari adiutoriis fortib⁹ debet. ſed tn̄ corpus debile adiutoriū forte nō ſuſtinet. Studet igit̄ qui medet̄ / q̄tin⁹ ſic ſupexiſtētē morbū ſubtrahat vt neq̄q̄ ſuppoſita corporis debilitas creſcat: ne fortaſſe languor cū vita deficiat. Tanta ergo adiutoriū diſcretione componat: vt vno eodēq̄ tempore & languori obuiet & debilitati. Sic ergo medicina corpis indiuiſe adhibita ſeruire diuiſibiliter poteſt. tūc enī vera medicina eſt: quando ſic per eam vitio ſuperexiſtenti

ſuccurritur:vt etiam ſuppoſite conſperſioni ſeruiatur/cur me
dicina mentis vna eadēꝙ predicatione appoſita:morū mor-
bis diuerſo ordine obuiare non valeat: que tāto ſubtilior agi
tur quanto de inuiſibilibus tractatur.

¶ Quod aliquādo leuiora vitia relinquēda ſunt:vt grauio-
ra ſubtrahantur. ¶ CAPI.XXVI.

SEd quia pleruꝙ dū duorū vitiorū languor irruit: hoc le
uius: illud fortaſſe grauiꝰ premit. ei nimirū vitio rectiꝰ
ſub celeritate ſubuenit̃: ꝑ qđ feſtine ad interitū tēditur. Et ſi
hoc a vicina morte reſtringi non poteſt: niſi illud etiā qđ exi
ſtit cōtrariū creſcat. tolerandū eſt predicatori:vt per exhorta
tionē ſuā artificioſo moderamine vnū patiat̃ creſcere: quati
nus poſſit aliud a vicina morte retinere. Qđ cū agit:nō mor
bū exaggerat: ſed vulnerati ſui cui medicamentū adhibet vi-
tam ſeruat: vt exquirēde ſalutis cōgruū tēpus inueniat. Sepe
enī qa ciborū ſe īgluuie minime tēperās: iamꝙ pene ſupera
tus luxurie ſtimulis premit̃. qui huiꝰpugne metu territus dū
ſe per abſtinentiā reſtringere nitit̃: inanis glorie tētatione fa
tigatur. in quo nimirū vnū vitiū nullatenꝰ extinguit̃: niſi ali
ud nutriat̃. Que ergo peſtis ardētiꝰ inſequēda eſt: niſi q̄ peri
culoſius premit? Tolerādū nāꝙ eſt: vt per virtutē abſtinētie
interim arrogātia cōtra viuentē creſcat: ne eū ꝑ ingluuiē a vi
ta funditꝰ luxuria extinguat. Hinc eſt ꝙ paulus cū infirmū
adiutorē ſuum perpēderet: aut praua adhuc velle agere:aut
Ro.viii. de actione recta humane laudis retribtiōe gaudere: ait. Vis
non timere poteſtatē bonum fac: & habebis laudem ex illa.
Neꝙ enī ideo bona agēda ſūt:vt poteſtas huiꝰ mūdi nulla ti-
meat̃:aut vt ꝑ hec glorie tranſitorie laudis ſumat̃. Sed cū in
firmā mētē ad tātū robur aſcēdere nō poſſe pēſaret: vt & pra
uitatē vitaret ſimul & laudē: p̄dicator egregiꝰ ei admonendo
aliqd obtulit:& aliqd tulit. cōcedēdo enī leuia ſubtraxit acrio
ra. vt qa ad deſerēda cūcta ſimul nō aſſurgeret/dū in qđdā ſu
um vitiū animus familiariter relinquit̃: a quodā vitio ſuo ſi
ne labore toleretur.

¶ Quod infirmis mentibus omnino non debent alta predi
cari. ¶ CAPI.XXVII.

ſ Ciendũ vero eſt p̄dicatori / vt auditoris ſui animũ vltra vires nõ trahat. ne (vt ita dicã) dum pluſq̃ valet tẽditur mẽtis corda rũpatur. Alta etenĩ queq; debẽt multis audiẽtibus cõtegi: & vix paucis aperiri. Hinc nãq; p ſemetipſam veritas dicit. Quiſputas eſt fidelis diſpẽſator & prudẽs: quem cõſtituit dñs ſup familiã ſuã vt det illi in tpe tritici menſurã Per menſurã quippe tritici exprimit modus verbi: ne cũ anguſto cordi incapabile aliqd tribuit extra fundat. Hinc paulus ait. Nõ potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus: ſed quaſi carnalibus quaſi paruulis in xp̄o. lac vobis potũ dedi nõ eſcam. Hinc moyſes a ſecreto dei exiens coruſcantẽ corã populo faciẽ velat. qa nimirũ turbis claritatis intime archana non indicat. Hinc per eũ diuina voce precipit vt is qui ciſternã foderit: ſi operire neglexerit: corruẽte in ea boue vel aſino: preciũ reddat. qa ad alta ſcientie fluenta perueniẽs: cũ hec apud bruta audientiũ corda non contegit: pene reus addicit ſi per verba eius in ſcandalũ ſiue munda ſiue immũda mens capiatur. Hinc ad beatũ iob dicit. Quis dedit gallo intelligentiã. Predicator etenĩ ſanctus dum caliginoſo hoc clamat in tempore: quaſi gallus cantat ĩ nocte: dũ dicit. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere. Et rurſum. Euigilate iuſti & nolite peccare. Gallus autẽ pfundioribus horis noctis altos edere cantus ſolet. Cũ vero matutinũ iam tẽpus in pximo eſt: minutas ac tenues voces format. qa nimirũ qui recte predicat obſcuris adhuc cordib⁹ aperta clamat: nihil de occultis myſteriis indicat. vt tunc ſubtiliora queq; de celeſtib⁹ audiant: cũ luci veritatis appropinquat.

Luce. vii. — i. Cor. iii. — Exodi. xxxiiii. — Iob. xxxviii. — Ro. xiii.

## ¶ De opere predicationis & voce. ¶ CAPI. XXVIII.

SEd inter hec ad ea que iam ſuperius diximus charitatis ſtudio retorquemur: vt predicator quiſquis plus actib⁹ q̃ vocibus inſonet: & bene viuẽdo veſtigia ſequacibus imprimat. vt potius agẽdo q̃ loquendo quo gradiat oſtẽdat. Quia & gallus iſte quem pro exprimenda boni predicatoris ſpecie in locutione ſua dominus aſſumit: cum iam edere cantus parat prius alas excutit: & ſemetipſum feriens vigilantiorẽ reddit. Quia nimirũ neceſſe eſt vt hi qui verba ſancte predicatio

nis monent:prius ſtudio bone actionis euigilēt.ne in ſemetipſis torpētes opere alios excitēt voce. Prius ſe per ſublimia facta excutiant & tunc ad bene viuendū alios ſollicitos reddāt. Prius cogitationū alis ſemetipſos feriāt. qcquid in ſe inutiliter torpet:ſollicita inueſtigatione deprehendant. diſtricta animaduerſione corrigant:& tūc demū aliorum vitam loquendo cōponant. Prius punire ꝓpria fletibus curent: & tūc que aliorū punienda ſunt denūcient. & anteq̄ verba exhortationis inſonent:omne qđ locuturi ſunt operibus clament.

¶ Incipit quarta pars: tractās qualiter predicator omnibus rite peractis ad ſemetipſum redeat. ¶ CAPI.XXI.X.

Sed quia ſepe dū predicatio modis congruentibus vbertim funditur: apud ſemetipſum de oſtēſione ſui occulta leticia loquentis animū ſubleuat magna cura:neceſſe eſt vt timoris laceratiōe ſe mordeat.ne qui aliorū vulnera medendo ad ſalutem reuocat:ipſe per negligentiā ſue ſalutis intumeſcat. ne proximos iuuādo ſe deſerat.ne alios erigens cadat. Nam quibuſdā ſepe magnitudo virtutis occaſio perditionis fuit. vt cum de confidentia virium inordinate ſecuri ſunt:inopinate per negligentiā moriantur. Virtus nanqꝫ cū vitiis renititur:quadā delectatione eius ſibimetipſi animus blanditur. Fitqꝫ vt bene agētis mēs metum ſue circūſpectionis abiiciat:atqꝫ in ſui confidentia ſecura requieſcat. cui iam torpenti ſeductor callidus omne qđ bene geſſit enumerat: eamqꝫ quaſi pre ceteris prepollentē in tumore cogitatiōis exaltat. Vnde agitur: vt ante ſtulti iudicis oculos fouea mentis ſit memoria virtutis.quia reminiſcē do quod geſſit:dū ſe apud ſe erigit:apud humilitatis auctorē
Eze.xxxii. cadit. Hinc nanqꝫ ſuperbienti anime dicitᷣ. Quo pulchrior es deſcende & dormi cum incircūciſis. Ac ſi aperte diceretur. Quia ex virtutū decore te eleuas:ipſa tua pulchritudine im pelleris vt cadas. Hinc ſub hieruſalem ſpecie virtute ſuperbi
Eze.xvi. ens anima reprobatur:cum dicitᷣ. Perfecta eras ī decore tuo quē poſuerā ſuper te dicit dn̄s: & habēs fiduciā in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo. Fiducia quippe ſue pul

chritudinis animus attollitur: cum de virtutum meritis leta apud ſe ſecuritate gloriatꝰ. Sed per hanc eandē fiduciā ad fornicationē ducitur. quia interceptā mentē cogitationes ſue decipiunt: hanc maligni ſpiritus per innumera vitia ſeducendo corrūpunt. Notandū vero ꝙ dicitꝰ. fornicata es in nomīe tuo. quia cū reſpectū mens ſuperni rectoris deſerit: laudem protinus priuatā querit. & ſibi arrogare incipit omne bonum qđ vt largitoris preconio ſeruiret accepit. opinionis ſue gloriā dilatare deſiderat: ſatagit vt mirabilis cunctis innoteſcat. In ſuo ergo nomine fornicatꝰ. quia legalis thori cōnubiū deſerens: corruptioni ſpiritui in laudis appetitu ſubſternitꝰ. Hic dauid ait. Tradidit in captiuitatē virtutē eorū: & pulchritudinē eorū in manꝰ inimici. In captiuitatē etenī virtꝰ & pulchritudo in manꝰ inimici traditꝰ: cū decepte mēti antiquꝰ hoſtis ex boni opis elatione dn̄atur. que tn̄ virtutis elatio q̄uis plene non ſuperat: vtcūq; tamen & electorū animū ſepe tentat. ſed tn̄ eleuatus deſtituitꝰ: & deſtitutus ad formidinē reuocatꝰ. Hinc et enī dauid iterū ait. Ego dixi in abūdātia mea nō mouebor in eternū. Sed qa de cōfidentia virtutis intumuit: paulopoſt qđ pertulit adiūxit. Auertiſti faciē tuā a me: & factus ſum conturbatus. Ac ſi aperte dicat. Fortē me inter virtutes credidi: ſed quante infirmitatis ſim derelictus agnoui. Hinc rurſum quoq; dicit. Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſticie tue. Sed quia eius viriū nō erat manere in cuſtodia quā iurabat: debilitatē ſuā ꝓtinus turbatꝰ inuenit. Vnde & ad precis opem repente ſe contulit: dicēs. Humiliatus ſum vſq;quaq; dn̄e: viuifica me ſecundū verbū tuum. Nōnunq̄ vero ſuperna moderatio priuſq̄ per munera ꝓuehat: infirmitatis memoriā ad mētem reuocat: ne de acceptis virtutibꝰ intumeſcāt. Vnde ezechiel ꝓpheta quotiēs ad contēplanda celeſtia ducitꝰ: prius filiꝰ hoīs vocatur. Ac ſi hunc aperte dominus admoneat: dicens. Ne de his que vides elatione cor ſubleues/ cautus perpende quid es. vt cum ſumma penetras: eſſe te hoīem recognoſcas. quatinus dum vltra te raperis: ad temetipſum ſollicitꝰ infirmitatis tue freno reuoceris. Vnde neceſſe eſt: vt cum virtutū nobis copia blanditꝰ: ad infirma ſue mentis oculus redeat: ſeſeq; ſalubriter deorſum ꝓmat ne recta que agit: ſed q̄ agere

Pſal. lxxvii

Pſal. xxix.

Pſal. cxviii

Ibidem.

negligit aſpiciat. vt dum cor ex memoria infirmitatis atteri tur: apud humilitatis auctorē robuſtius in virtute ſolidetur. Quia & plerūq; omnipotēs deus idcirco rectorū mētes q̄uis ex magna parte perficit: imperfectas tamen ex parua aliqua parte derelinquit. vt cum miris virtutibus rutilant: imperfe ctionis ſue tedio tabeſcant. & nequaq̄ ſe de magnis erigāt dū adhuc contra minima innitētes laborāt. ſed quia extrema nō valent vincere: de precipuis actibus non audeant ſuperbire.

¶ Ecce bone vir: reprehēſionis mee neceſſitate compulſus. dū monſtrare qualis eſſe debeat paſtor inuigilo: pulchrū depin xi hominē pictor fedus. alioſq; ad perfectionis littus dirigo: qui adhuc in delictorū fluctibus verſor. Sed in huius queſo vi te naufragio orationis tue me tabula ſuſtine. vt quia pōdus propriū me deprimit: tui me meriti manus leuet.

¶ Liber cure paſtoralis beati Gre gorii pape: finit feliciter.

Scire voles ſi facta patrum: ſi ad culmina morum
Scandere: ſi chriſti dux gregis eſſe cupis
Perlege gregorii diuina volumina lector
Semper habenda manu: ſemper amanda tibi.
Nec tanti monimenta viri deſpexeris vnq̄.
Fructificam meſſem & dulcia mella leges.
Grates ergo dabis magnas ſculptoribus illis
Gregorii doctos qui poliere libros.

Paſtorale diui Gregorii ſumma diligētia Emendatū in So le aureo vici Sorbonici Parrhiſiis Impreſſum per Vdalricū gering/ & Magiſtrū Berchtoldū renbolt ſociorū. Finem ha buit die. xviii. Iulii. Anno domini milleſimo quadringente ſimo nonageſimo octauo.

TABVLA

Incipit tabula capitulorū libri paſtoralis beati Gregorii pape. Et primo rubrice prime partis.

NE impiti venire ad magiſteriū audeāt. Capitulū. i.
Ne locum regiminis ſubeāt qui viuendo non pficiunt que meditando didicerunt. Capi. ii.
De pondere regiminis & q̄ aduerſa queq; deſpicienda ſunt: & proſpera formidanda. Capi. iii.
Q̄d plerunq; occupatio regiminis ſoliditatem diſſipet mentis. Capi. iiii.
De his qui in regiminis culmine prodeſſe exēplo virtutum poſſunt: ſed qetem ppriā ſectando refugiunt. Capi. v.
Q̄d hi q pōdus regiminis p humilitatē refugiūt tūc vere ſūt humiles cū diuinis iudiciis nō reſiſtūt. Capi. vi.
Q̄d nōnunq̄ predicationis officium nōnulli laudabiliter appetunt: & ad hoc nonnulli laudabiliter coacti pertrahuntur. Capitulum. vii.
De his qui preeſſe concupiſcūt: & ad vſū ſue libidinis inſtrumentum apoſtolici ſermonis arripiunt. Capi. viii.
Q̄d mens p̄eſſe volentiū plerunq; ſibi ficta bonorū operum promiſſione blanditur. Capi. ix.
Qualis quiſq; ad regimē venire debeat. Capi. x.
Qualis quiſq; ad regimen venire nō debeat. Capi. xi.

Incipiunt rubrice ſecūde partis.

Is qui ad regimē ordinate peruenerit qualē ſe in ipſo regimine debeat exhibere. Capi. xii.
Vt rector cogitatione ſit mundus. xiii.
Vt rector ſit ſemper opatione p̄cipuus. Capi. xiiii.
Vt ſit rector diſcret9 in ſilentio/ vtilis in verbo. Capi. xv.
Vt ſit rector ſingulis cōpaſſione pxim9/ pre cunctis contemplatione ſuſpenſus. Capi. xvi.
Vt ſit rector bene agentibus p humilitatē ſoci9 contra delinquentiū vita per zelum iuſticie erectus. Capi. xvii.
Vt ſit rector internorū curā in exteriorum occupatione non minuens: exteriorum prouidentia internorū ſollicitudinem non relinquens. Capitulum. xviii.

1002689

Ne placere rector ſuo ſtudio homībus appetat:ſed tamen ad quid placere debeat intendat. Capi.xix.

Quod ſcire ſollicite rector debeat ꝙ plerūqꝫ vitia virtutes ſe eſſe mentiūtur. Capi.xx.

Quod eſſe debet rectori diſcretio correctiōis & diſſimulationis:feruoris:& manſuetudinis. Capi.xxi.

Quantū rector ſacre legis meditationibus eſſe debeat intentus. Capi.xxii.

## ¶ Incipiunt rubrice tertie partis.

¶ Quod aliter ammonēdi ſunt viri:atqꝫ aliter femine.&c. Capitulū.xxiii.continēs in ſe.xxxvi.ammonitiones & declarationes earundem.

De exhortatione multis adhibenda. vt ſic ſingulorū virtutes adiuuet:quatinus per hanc contraria virtutibus vitia nō excreſcant. Capi.xxiiii.

De exhortatione que vni adhibenda eſt contrariis paſſionibus laboranti. Capi.xxv.

Quod aliquādo leuiora vitia relinquenda ſunt vt grauiora ſubtrahantur. Capi.xxvi.

Quod infirmis oīno non debēt alta predicari. Ca.xxvii.

De opere predicatiōis & voce. Capi.xxviii.

## ¶ Incipit rubrica quarte partis.

¶ Qualiter predicator oībus rite peractis ad ſemetipm̄ redeat:ne hūc vel vitia vel predicatio extollant. Capi.xxix.

## ¶ LAVS DEO.

A 975 361


colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A B C D E F G H I J K L M N
x-rite
0 1 2 3 4 5 6 mm